



**Ioannis De Lvgo Hispalensis, Societatis Iesv, S. R. E. Tit.
S. Balbinæ Presbyteri Cardinalis, Dispvtationes
Scholasticæ, Et Morales De Virtvte Fidei Divinæ**

Lugo, Juan de

Lugduni, 1656

II. De alio medio, quo vtitur Ecclesia contra hæreticos, prohibendo eorum libros.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81031](#)

ptimo susceptam. Sequela autem probatur, quia baptismus non minus requirit dispositionem ad charitatem, quam ad fidem, & veroque modo perditur effectus baptismi, siue postea à fide quis deficiat, siue à sola charitate. Propter quae fate-
tur posse alicui videri, hunc solum articulum periculi peruersio[n]is non sufficiere ad reddendum illicium hunc actum, si alioquin possit esse spes moralis subueniendi alio modo his periculis, & adhibendi diligentiam, ne illa sacrilegia se-
quantur.

23
 Quandam
conferendam
si baptisma
filii hereti-
corum.

Ego puto, in re ipsa hos autores patrum, aut nihil diffidere. Vtrique enim fatentur, quando nulla esset spes fidei retinenda, non esse confe-
rendum baptismum. Vtrique fatentur conferri posse, quando spes probabilis talis esset. Dis-
cendum, si quod remaneat, est circa factum ipsum, an de facto possit concipi eiusmodi spes, quando parvulus haereticus filius, & in eius potestate manus baptizatur, quod iudicium morale pender ex circumstantiis personarum, loci, sociorum, consanguineorum, & aliorum. Sunt enim plerumque parentes haeretici, qui non agere filios suos in aetate adulta ad scholas magistrorum Catholicorum mittunt, vbi facile simul cum doctrina fidem Catholicam discunt, vel certe discere facili possunt, & nisi nimis protervi sint, condiscimus exemplo, & pietate mouentur, quare de iis non est desperandum, sed potius prudenter sperandum, quod fidem retinebunt. Credo etiam, non paucos, ex iis excusari per longum tempus à peccato infidelitatis ignorantia invincibili, quia nec iis sufficienter proponuntur Catholicorum dogmata suis erroribus contraria, nec obligatio grauis inquirendi, & examinandi motiva nostra religionis. Quare vbi consuetudo illa est, vt Sacerdotes Catholicci baptizent haereticorum filios à parentibus oblatos, ego eam non faciliter damnarem. Praesertim cum eo ipso, quod Parentes haereticus filium suum sponte velit à Catholicis baptizari, credi possit non esse ita infensum parentem in religionem Catholicam, vt sollicitè, & anxie postea filium iam adultum ad suam sectam trahere conetur; neque etiam id contingat, nisi in locis, vbi magna sit copia Catholicorum, & libertas fidei Catholicae profundet, in quibus locis faciliter poterit filius postea fidem Catholicam scire, & in ea permanere, si velit eadem fe-
re facilitate, ac si à parentibus Catholicis genitus fuisset: quorum filii faciliter etiam possunt in iis locis haereticorum conseruinde, & familiaritate perueri, vel morientibus parentibus venire in potestatem consanguinei haeretici, quod tamen periculum non attenditur, ut in infantia ba-
ptismus non conferatur.

S E C T I O N . I I .

24
De alio medio, quo vitetur Ecclesia contra haereticos, prohibendo eorum libros.

Hoc est alterum medium, quo Ecclesia ut solet ad haereticos comprimendos, conunque doctrinam impediendam, dum eorum libros, eorumque lectio[n]em omnino prohibet. Adver-
sus quam prohibitionem, & librorum incendium querelas multas haeretici iactant, quas docte re-
fellunt Bellarminus lib. 3. de laicis, capite 20. &

Suarez in presenti diff. 20. sect. 2. fingunt enim mendacissime haeretici huius temporis, hoc genus prohibitionis incognitum fuisse in Ecclesia antiqua, cuius contrarium constat ex innumeris exemplis, quae congerunt predicti doctores. Nam in primis actuum 19. multi ex fidelibus de-
nud conuersis adduxerunt, & publicè combusserunt libros vanos, & superfluitos, quos habe-
bant: & Clemens lib. 1. Confit. Apost. c. 7. referte libros Gentilium, & falorum Prophetarum fuisse fidelibus ab Apostolis prohibitos: & in Con-
cilio Niceno, teste Nicophoro lib. 8. cap. 18. statutum est, vt Arii libri cremarentur, & Constantinus addidit capitis p[ro]cenam eos occultantibus. Socrates item lib. 1. cap. 24. referte Marcellum, Ancyranum damnatum fuisse, quod no-
luerit more solito libros suorum errorum com-
burere: & lib. 6. cap. 9. referte Epiphanius in sy-
nodo Cypr[us] coacta prohibuisse fidelibus Origenis libros: & in Concil. Carthaginensi 4. can. 16. foliis Episcopis permititur in casu necessitatis haereticorum libros legere. Et Theodosius in I. Damnato, Cod. de haereticis, ex prescripto Con-
cilij Ephesi, iussit comburi Nestorij libros, & idem constat ex lege Mathematicos, Cod. de Episcopali audientia, in qua libri Mathematici nostra religioni contrarij iubentur comburi in oculis Epicoporum. Et in I. quicunque §. nulli, &
§. omnes Cod. de haereticis, prohibentur, & igni adiudicantur libri omnes Euichetis ex praep[aratione] Concilij Chalcedonensis actione 3. Item Leo I. ep[istola] 91. ad Turibium cap. 15. & 16. & Gelasius in cap. sancte Romana, distinct. 15. libros haereticorum prohibuerunt, & addidit Leo, censendos esse haereticos eos Epicopos, qui eiusmodi libros in domibus fideliuum reineri permette-
rent. Idem constat ex 5. synodo act. 1. & ex consti-
tutione Iustiniani, quae habetur inter nouellas, & est 42. & ex 7. synodo act. 5. vbi etiam Can. 9. ad-
ditur excommunicatio legentibus haereticorum libros. Et in Concilio Constant. eff. 8. confirma-
tur decretum Concilij Romani prohibentis li-
bos VVicaphi. Videri possunt plura, quae conge-
nit Basilius Pontinus in Appendix post librum 12.
de matrimonio, cap. 2. n. 7. Denique constat, opera haereticorum antiquorum non reperriri, quod fieri non potuit, nisi studio eorum, qui ea omnino extinguerent, & ab oculi procurarunt.

Ratio etiam est clara, quia si necesse est vita-
re sermones, & colloquia haereticorum, vt ex Apostolorum doctrina aperte constat, multo magis necesse erit eorum scripta fugere, quae ef-
ficacia sunt ad peruerendos lectores: tum quia magis facile extenduntur, & facile omnes pro-
vincias, & loca penetrant, quam vox viva ex-
tendi posset, tum quia maiori attentione, & stu-
dio composta sunt, & maiori etiam attentione leguntur, & considerantur & magis permanen-
ter nocent. Vnde ipsi etiam Gentiles libros moribus, vel siue etiam falsa religione contrarios ac-
curate prohibebant, & comburebant, vt constat ex Valerio Maximo lib. 1. c. 1. ex M. Tullio lib. 1. de natura Deorum, qui id circa libros protagona Atheniensium iussu factum refert, & multa con-
gent Lordinus in Act. Apost. c. 19. ver. 19.

Est autem aduertendum, duplum esse titu-
lum ad hoc faciendum. Primus est per modum
medicinae, vt bono fideliū consularit, auer-
tendo scilicet ab iis venenum, quod ex horum
librorum lectio[n]e haurire possent. Secundus est

25

26

per

per modum pœnæ, qua Auctor hæreticus iustissimè plectitur, vt qui in doctrinæ abuso deliquerit, in eadem doctrina puniatur, ablata ei potestas & illo modo docendi. Prior autem titulus efficacior est, cùm extendatur ad libros etiam eorum, qui subditi prohibentis non sunt. Vnde Ecclesia potest prohibere fidelibus libros Paganiorum, & Iudeorum, qui eius subditi non sunt, quia prohibito solum dirigunt ad fideles subditos quibus in eorum bonum horum librorum usus interdictatur. Possunt etiam ex hoc capite inquisidores vnius Prouinciarum, v. gr. in Hispania prohibere ibi libros Auctorum externorum, qui illis inquisitoribus non subduntur; non enim agitur causa contra personas vt puniantur, sed de bono subditorum, vt non peruerterantur. Quare immixtio s. p. Auctores conqueruntur, quod nec ci-tati, nec auditii condemnantur: hoc enim necessarium esset, quando causa ageretur contra auctores vt Reos: securus verò est quando agitur solum de bono subditorum procurando, licet inde indirecte Auctoris nota aliqua subsequatur. Nam pater familiæ punire non potest filium alienum, nec eum corrumpere: potest tamen proprios filios ab eius consuetudine separare eamque illis prohibere, nē forte scelerati sodalis improbis moribus inficiantur. Fateor tamen, quia consequenter auctoris nomen ex libri prohibitione grauitat laeditur, diligentiam maximam adhibendam, vt quod deest defensionis propria, dum Auctor non auditus suppleatur diligenti examine, & si fieri possit assignata quæ procuratore aliquo Auctoris absens, qui bona fide adducat, quæ in defensionem Auctoris allegari possent: quod scilicet Auctor Catholicus est, & boni alioquin existimationis: quo casu non videtur prætermittendum, quando error non est omnino manifestus, vt ab Auctore antea exigatur, vt declarerit sensum sua doctrinæ, qui sensus si Catholicus appareat, poterit iudicium iussu, si necesse fuerit, addi in ipso libro, nempe Auctorem non nisi in tali sensu doctrinam illam tradidisse, atque ita eam explicasse. Quo pacto res tota faciliter transfigitur, & cum leviori Auctoris præjudicio obtinetur melius finis, qui desideratur, dum constat, Auctorem ipsum iudicium, & Cen-forum sententia consentire. Alterum cum hæreti-cis Ecclesiæ hostibus agendum est, quorum verba etiam dubia in deteriorem sensum iuxta eorum mentem interpretanda sunt: subdolè enim verbis ambiguis utuntur, vt se se simplicioribus mentibus insinuant; alterum verò cum Catholicis, quando iij tales sunt, vt sperari possit ab ipsis vel spontanea correcção, vel talis interpretatio, qua apposita periculum totum doctrinæ parum tutapraecaeatur.

28

Obiectio 1.
Cur hæretico-um libri
prohibeantur
fidelius, non
autem libri
gentilium, &
Iudaorum.

Obiiciunt tamen hæretici primò, quia libri Gentilium, & Iudaorum permittuntur; cur ergo hæreticorum non permittuntur, qui magis ad fidem Christianam accedunt? Respondeo, imò ideo non permittuntur, quia facilius decipientur eorum lectione simpliciores, dum sub vestimentis oiuim lupi rapaces latent; Gentilismus enim & Iudaismus mortui sunt, & cadavera superstitionis, à quibus nullus Catholicus decipitur. Prohibitent tamen aliqui libri Turcarum, & Iudaorum, in quibus blasphemiae contra Christum, vel religionem Christianam continentur, & prohibiti etiam fuerunt initio nascentis Ecclesiæ, vt vidimus, libri Gentilium, de falsa eorum religio-

ne quando manebat adhuc affectus aliquis non extinctus versus superstitionem gentilium, quod tanquam periculum etiam omnino in Ecclesia ce-sauit.

Secundò obiiciunt, quia alioquin debuissent aboliri libri veterum hæreticorum, Tertullianus, Origenes, Eusebius, Pelagius. Respondetur in pri-mis opera Pelagi non exitate nisi fragmenta aliqua relata à Catholicis: & in viuierum ea opera permitti: tum quia iam eretores nostri sunt, & nemo de illis curat: tum quia necesse est, quod maneat notitia eorum errorum, quales fuerint, ut confitetur cur fuerint damnati, & quia multa alia ad mores antiquæ Ecclesiæ spectantia, & vera dogmata in iis contineantur, que aliunde constare nobis non possent. Quæ ratio non procedit in scriptis nouiorum hæreticorum, in quibus licet aliqua etiam verilia reperiatur, eadem tamen melius, & utilius apud Catholicos scriptores legentur, & cum eorum hæreses abolite non sunt, periculum maius est, ne horum librum lectione propagentur.

Tertiò obiiciunt, quia Patres antiqui non abstinebant à lectione hæreticorum sui temporis, vt de Theophilo refert Socrates lib. 6. his cap. 15. & de se ipso fatetur Hieronimus in epist. ad Alexandrum, & Minerum, & de Dionysio Alexandrino refert Euseb. lib. 7. his cap. 6. qui cum ea de causa, reprehenderunt, & abstine-vellet, visione diuina monitus fuit his verbis, *lege omnia quæ in manu tuas venient, valebis enim omnia expendere, & probare.* Respondetur, quod in hinc constare non bene audiisse in viuierum, qui eos libros legerentnam omnes si Patres ea de causa detractiones passi sunt: sed immetitò, quia hodie etiam Ecclesia hæreticorum libros aliquibus doctis, & probatis viis permittit, qualesij erant, id est visio diuina ratione nondidit Dionysio dicens: *valebis enim omnia expendere, & probare.* Da mihi nunc alium Dionysium, & facile facultatem impetrabit: nunc tamen à sede Apostolica imperanda est, quæ tunc fortassis ab Episcopo haberi poterat, nam & Episcopi ipsi iure suo legere poterant.

Quartò obiiciunt, quia Paulus 1. ad Thessal. 5. monet: *omnia probate, quod bonus est tenere;* quæ verba Gelasius in tomo de vinculo anathematibus ad hoc affert, suadens posse Concilium Calchedonense partim recipi, partim non recipi, sicut sit circa libros hæreticorum. *Nunquid nam (inquit) in ipsorum hæreticorum libris non vultu, quæ ad veritatem pertinent, posita leguntur?* Nunquidnam ideo veritas refutanda est, quia illorum libri, ubi prauitatis inest, refutantur? Aut ideo prauitatis libri suscipienda sunt eorum, quia veritas, quælibet infera est, non negatur? Respondeatur, Paulus non dicit suscipienda esse omnia, sed probanda. Hæc autem probatio, & examen non ad omnes indiscriminatim pertinet, sed ad Prelatos Ecclesiæ, quorum iudicio libri hæretici reprobati sunt, propter certissimum peruersiōnis periculum, si omnibus in viuierum permittantur. Verba autem Gelasii explicantur, magis meo iudicio significant, liberos illos, in quibus veritas erroribus admixta est reciendos; quamvis veritas ipsa materialis, quæ in illis reperitur, non ideo recienda sit, quia in libro, qui reciendatur reperiatur. Hunc enim sensum habent verba illa: *Nunquidnam ideo veritas*

veritas refutanda est, qua illorum libri, vbi prauitatem in libro repertam, sed librum ipsum etiam in quo reperitur. Vnde quamvis veritas ibi reperta suscipienda sit, librum tamen ipsum suscipiendum non dixit, sed potius id tanquam absurdum negavit, dicens: *An ideo prauis libris suscipiendi sunt eorum, quia veritas, que illis inserita est, non negatur? Non ergo significat librum suscipiendum propter veritatem quam continet, sed veritatem ibi contentam suscipiendam, quamvis liber vbi continetur non suscipiat.*

³² Supposita itaque iustificatione causa ad hanc prohibitionem, statuendum est, de facto prohiberi ultra leges antiquas iuris ciuilis, expressis verbis in Bulla Cœna Domini quotannis legi, & promulgari solita, vbi num. 1. excommunicantur excommunicatione soli summo Pontifici referunt omnes hæreticorum libros hæresim continentis, vel de religione tractantes, sine autoritate Sedis Apostolica scienter legentes, au-rentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quavis causa, publice, vel occulte, quoniam in genio vel colore. Que prohibito, quia solumnior est, & magis stricta, prius breueriter declaranda erit, postea vero de aliis prohibitionibus aliquid dicemus. Oportet ergo circa hanc prohibitionem videre primò, quos libros comprehendat, secundo quas personas obligent, tertio, quas actiones prohibeat, quartò sub quibus penitentia, de quo ultra alias scripti optimè Thomas Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 10. num. 20. & sequentibus.

§. I.

Qui, & quorum libri prohibeantur in Bulla Cœna.

³³ **P**robibentur libri hæreticorum hæresim continentis, vel de religione tractantes; circa quæ verba dubitatur primò, an una epistola, vel concilio hæretici comprehendatur nomine *libri*, in hac Bullæ clausula. Affirmat Vgolinus, quem affert, & sequitur Suarez in praesenti disp. 20. seft. 2. num. 10. Megala etiam in 3. part. lib. 3. cap. 1. num. 5. & Farinacius de hæresi quæst. 180. n. 30. quid comprehendatur. Alij tamen satis probabilitatem negant. Thomas Sanchez dicto cap. 10. num. 29. Duardus, & Bonacina, quos affert, & sequitur Castro Palao 1. tom. truct. 4. disp. 2. pñcto 10. §. 1. n. 5. Layman, Laurentius Portel, & Soufa, quos affert, & videtur approbare Diana parte 1. tractat. de Bulla Cruciate, refolut. 34. Ratio est, quia verba legis penalis accipienda sunt in sua proprietate, nemo autem in communis sermone dicit, se habere, vel emisse librum nouum, quando unam epistolam, vel concionem breuem accepit, vel emit. Confirmatur, quia quamvis non licet libros sine Auctoris nomine imprimere de rebus factis stante prohibitione Cœciliij Tridentini seft. 4. has tamen parvas scripturas sub eo Concilij decreto non contineri vñs ipse declaravit, vt testatur Azor tom. 1. lib. 8. cap. 17. quæst. 4. in fine. Idem ergo dicendum erit de clausula Bullæ Cœna prohibente libros hæreticorum, vt quidquid sit de aliis prohibitionibus, quæ non solùm libros nominant, sed quamlibet scripturam, quas affert Castro Palao vbi suprà, num. 6. Card. de Lugo de virtute Fidei diuinæ.

in hac tamen prohibitione, & censura Bullæ Cœna libri soli, qui propriè libri dicuntur, comprehenduntur,

Obiiciunt primò, quia lex haec, licet odiosa ³⁴ appareat, est tamen fauorabilis, cum edita sit *Obiectio 1.* in fauore fidei, & ad defensionem, & tutiō-nem fideliū, ergo non est restringenda, sed amplianda iuxta vulgarem regulam, *odia re-stringi, fauores conuenient ampliari.* Respondeo in primis, nec in lege fauorabili extrahenda esse verba ad sensum, ultra eorum proprietatem, qualis esset, si viuca charta appellaretur liber. Deinde licet finis ultimus huius legis sit fauor fidei, materia tamē immediata, & proxima est odiosa, nempe pena legentis, & habentis libros tales; regula autem communis est, quod in pa-nis mitior est interpretatio facienda, quia omnis lex penalis est odio saquod non esset verum si attendendus esset finis ultimus, nam lex sta-tuens penas homicidii, furibus, & aliis omnibus, habet pro fine bonum, & quietem Reipu-blicæ, defendere innocentes, ut tuto degant, &c. & tamen omnes illæ leges odiose censentur, & earum verba restringuntur potius, quam am-plicantur.

Secundò obiiciunt, quia in his scripturis mi-litar eadem ratio, quæ in libris, imò, & maior, ³⁵ *Obiectio 2.* cum sit maius periculum, quod magis latenter communicantur, quam libri. Respondeo, in pri-mis non esse eandem rationem: nam libri magis manenter nocent: deinde in peccatis non fieri extencionem ad casum diversum, licet pro-cedat eadem ratio, donec legislator ea de causa extendat etiam legem ad eum casum.

Tertiò obiicitur responsio Cardinalium Cap. ³⁶ *Obiectio 3.* gregacionis Concilij Tridentini, qui dixerunt, decretum Concilij less. 4. circa editionem librorum comprehendere etiam annotationes, sectio-nes, conciones, disputationes, & similia, ut re-ferunt Capuccinus in compendio priuilegiorum frarum mendicantium, verbo *Imprimere*. Eman. Roder. Barbosa, & alij, quos affert Castro Pa-lao vbi suprà num. 4. & Marzolla, quem affert Suarez dicto 10. Ergo librorum nomine aliae etiam breviores scripturæ comprehenduntur, quamvis librorum solùm fiat mentio, quia fre-quentius in vsu habentur. Respondetur, merito factam Congregationem id respondere, quia de-cretum illud Tridentini factum fuit ad obser-vantium decreti Concilij Lateranensis sub Leo-ne X. seft. 10. vt constat ex eiusdem Tridentini verbis. In Lateranensi autem statutum fuerat de libris, & quacunque alia scriptura. Vnde cum idem Concil. Trident. less. 2. 5. versus finem indi-cem librorum prohibitorum remisisset iudicio, & decreto Summi Pontificis Pij IV. ipse postea Bulla, & decreto speciali illum edidit, & con-firmauit, & iuxta mentem Tridentini explicari voluit, quod in librorum, aliarumve scriptura-zum impressione observetur decretum Concilij Lateran, ut haberet in regula 10. eiusdem indicis. Non ergo mirum, si Congregatio respon-dit, decretum illud Tridentini debere obseruari in aliis etiam scripturis imprimendis, cum id habeatur expreßum in Lateranensi, & in indi-ce edito auctoritate Pij IV. ex prescripto eiusdem Tridentini. Imò, inde recorquetur argumen-tum, quia Concilium Lateranense, & Pius IV. ultra librios explicuerunt etiam alias scripturas, eas vñque à libris distinguentes, ergo nisi expli-carentur

D D 4

carentur, non intelligebantur librorum nomine comprehensa.

36 *Obiectio 4.* Quartò obicitur, quia prohibito libro quælibet pars illius libri, atque adeo singula eius folia, etiam si ab aliis separantur (prohibita sunt, fatentur Sanchez, & alij, ergo non solum prohibent libri strictè sumpti: nam duo folia libri separata ab aliis, non sunt magis liber, quam epistola duobus foliis, seu chartis contenta. Respondeo negando consequentiam: quia cùm liber, non sit aliud, quam omnes eius partes, non potuit liber prohiberi, qui prohibentur eius omnes partes, quæ quo cumque postea ferantur etiam ab aliis partibus separatae, ferunt secum suam prohibitionem partiale. Epistola vero brevis, nec est liber, nec pars libri prohibiti, quare nec totaliter, nec partialiter prohibitionem illam participat. Notant autem bene prædicti Doctores, prohibito libro, prohibitum eriam esse indicem libri, propositum, & similia, quia haec omnia in rigore partes sunt illius libri prohibiti.

37 Petes, quid si aliquis cum facultate requiriatur sibi ex eo aliqua censibunturne hac etiam bim hæretici prohibita, ita ut sine licentia legi non possint? Respondeo, si solum notet sibi vnam, vel altera pars sibi ex eo tam sententiam, vel solum argumentum eorum, aliqua, an que hæreticus dicit, ut substantia recordetur, non videtur prohibita, quia nec sunt liber hæretici, nec pars illius moraliter loquendo. Si vero transcriberet sibi partem libri, prout est in ipso libro, eadem esset ratio de illo scripto, ac si alias chartas à libro separaret, & sibi reserueret, esset enim vero pars illius libri alio charactere scripta.

38 Petes iterū, quando concio vel epistola hæretici non censabitur attingere libri mensuram, cūcī, velepiſto. vt in hac Bullæ cœnæ prohibitione non comprehendatur? Respondeo, hoc iudicium morale geretur mō. esse, & videndum iuxta communem, & vulgatem loquendi modum, an ille propriè loquendo appelleretur liber, an porcius codex, vel charta. Castro Palao *vbi supra num. 5.* in fine facetus disputationem hæretici decem folia continentem librum esse, & comprehendendi hac prohibitione; quod fortasse intelligit de decem foliis papyri integræ: nam si a reducentur ad formam minorem in octauo, vt dicunt, vel in decimo sexto, libellum certè completeret: sunt enim libelli aliqui præ manibus, q̄li 64. chartas in decimo sexto habente, quibus octo chartæ papyri integræ correspondunt. Sic de Persij veribus dixit Marialis, *sapiens in libro memoratur Persius uno:* cum tamen omnia eius carmina libellum vix implant paucorum foliorum; & quod plus refert, S. Ioannes Apocalysim suam librum s̄epe appellat c. 22 cū tamen tota paucis folijs comprehendatur. Fatoe tamen, moraliter hoc accipiendo esse, neque enim sola quantitas, vel mensura materia consideranda videtur: nam continget, orationem aliquam publicè memoriter recitaram plus materia continere, quam totus Persij liber contineat: & tamen oratio illa si publicè edatur non applicabitur liber, sed declamatio; seu oratio: quare consulendum est hominum v̄sus, ex quo vocabula suam vim habent, & iuxta eundem v̄sum videntur.

39 An comprehenduntur, an aliquod hæretici scriptum sit, vel non hæretico rivo tantum Secundò dubitatur circa eandem partem, an manuscripti, in ea comprehendantur libri hæreticorum etiam

non typis editi, sed manuscripti. Respondetur ex omnium sensu comprehendendi: ita Suarez dicta *scilicet 2. num. 10.* Sanchez *dicit cap. 10. num. 2.* Vgolinus, quem affert, & sequitur Castro Palao *vbi supra num. 3.* Ratio autem est clara, quia antequam Typographia ars inuenietur, componebantur, & euilibabantur veræ libri, & prohibebantur, & comburebantur plus libri hæreticorum: non desierunt autem esse libri illi qui antea erant libri, per aduentum Typographie: liber ergo manuscriptus veræ est liber, & Diaconus qui confertur per contactum libri Euangeliorum, verè conferri poterit porrecto libro Euangeliorum manuscripto, & sic de aliis, in quibus de libris agitur, & in ipsis Bibliothecis celebrioribus praefertur in Vaticana, maxima librorum pars est ex manuscriptis antiquis.

Tertiò dubitatur, an ad hanc censuram bullæ cœnæ incurrendam, necesse sit quod Autor libri sit damnatus de hæreti, an vero sufficiat effigie hæretici. Nam Graffius 1. parte decisionum lib. 4. cap. 18. num. 40. & 43. dicit regum ut liber sit hæretici condemnati. Hac tamen verba non de condemnatione iuridica, sed de cettimidine interpretatur Sanchez *vbi supra num. 24.* Nam ipse Graffius affert statim in Exemplum Erasmus, de quo non confabat clare an esset hæreticus: si tamen id constet, id sufficit, ut docet Sanchez, Suarez dicta scilicet 2. num. 11. Castro Palao *vbi supra num. 1.* & alij: & colligit clare contextu Bullæ, excommunicantur enim omnes hæretici, corumque libros legentes tenentes, &c. ergo eorum libri ibi prohibentur, qui immediate ante excommunicantur ob haeresim: excommunicatio autem illa comprehendit certissime omnes hæreticos, etiam non denuntiatos, nec declaratos, ergo eorum etiam libri ibi sub ea excommunicatione prohibentur, si tamen lectori constet Auctorem esse hæreticum.

Non tamen comprehenduntur hac Bullæ clausula libri infidelium non baptizatorum, quia hæretici non sunt, ut cum aliis Suarez dicta scilicet 2. num. 1. qui notat hæretici nomine hic intelligit etiam Apostolatum, qui post baptismum ad Iudaismum, vel Paganismum transiit, nam ij omnes hæreticorum penas patiuntur; si autem non sit baptizatus non comprehenditur; licet multi ex iis etiam libris aliis prohibitionibus peculiariibus extra Bullam cœnæ nominarim veterunt, ut notat Hurtado *diff. 76. num. 300.* & de libris Autoris suspecti in fide idem notat §. 296. de libris vero Magorum, qui hæretici non sint, & ad Astrologiam iudicantium prohibitam pertinenteribus, non est dubium quod prohibicunt, ut constat ex Bulla Sixti V. edita anno 1585. & confirmata a sanctissimo Domino nostro Urbano VIII. Bulla edita anno 1631. ut cum aliis, quos affert, notat Diana part. 4. tract. 7. de penis delittorum, &c. resolut. 6. in fine: sed tamen ij non intelliguntur comprehensi in hac Bulla cœnæ: si Auctores hæretici non sint, ut docent communiter Doctores, quos affert, & sequitur idem Diana part. 1. tract. de Bulla Cruciatæ solnt. 30. & Sanchez num. 32. vbi notat à Pio V. fusile comprehendens, sed postea id sublatum esse à facie foribus illius.

Quartò tamen dubitari potest de ritualibus Grecorum, & aliorum schismaticorum, an comprehendantur in hac Bullæ clausula. Negat Fabri Rinaldi, *de heresi quest. 180. num. 10.* Sanchez *falso* sum

43. *em. 27. & Azor. I. tom. lib. 8. cap. 16. quæst. 8. quæ*
hi ritus non sunt ab Ecclesia Latina tanquam
hæretici existimati: Alij tamen putant compre-
hendi, ita Suarez vbi suprà num. 12. & Castro Pa-
lao num. 1. quia Autiores de facto sunt hæreti-
ci, & libri illi de religione tractant, imò frequen-
ter errores contra fidem Catholicam ibi repre-
sentiuntur admixti: & idcirco Græci Catholicæ Eu-
chologium, seu Rituale græcum SS.D.N. Vrba-
no VIII. obtulerunt, ut Romæ revideretur, &
corrigeretur, vbi accurato examine reuismus, &
à nonnullis, qui irrepererant erroribus, expurga-
tum fuit.

Vtraque sententia habet aliquid veri: distin-

guendum enim est, cùm aliquando eiusmodi li-

bris precum, & rituum constet esse ab hæreticis

compositos, quæ sunt libri rituales, & precum

à Calvinistis, & Lutheranis editi, quorum plures

reperiuntur nominatio prohibiti in indice li-

brorum prohibitorum: ienam sunt plane libri

hæreticorum, & agunt de religione, cum tradant

modum Deum religiosè (ut ipsi dicunt) colendi

& orandi. Evidenter dicendum est, si similibus li-

bris à schismaticis factis, cùm hodie nulli sint

schismatici, qui non sint hæretici, cùm negent ad

minus primatum, & potestatem Romani Ponti-

fici; & denique in iis libris errores non pauci

contra fidem inueniuntur. Alij tamen sunt libri

rituales, quibus hæretici & schismatici vtuntur,

quos non constat ab iis post hæresim, aut schis-

ma compositos, sed postiùs creduntur esse anti-

qui, & ab Apostolis, vel Patribus antiquis deri-

uari; quales sunt plures liturgia Aethiopum,

Græcorum, & aliorum, quæ habentur in Biblio-

theca Patrum, & Euchologio Græcorum, & alia

similia, quæ creduntur originem trahente à Patri-

bus, & Catholicis, licet postea aliqui fortasse er-

tores tempore schismatis ab hæreticis fuerint ad-

mixti; quod tamen non sufficit, ut dicatur liber

ille ab hæreticis compositus, sed ad summum

corruptus, & vitius. Et hi quidem libri non

consentent comprehendensi in Bulla Cœnæ, sed sine

scrupulo retinuntur, ut notitia antiquitatis non

pereat, & quando spes apparet utilitas, expug-

nantur ab erroribus, qui irrepererunt, prout in ri-

tuali Græcorum factum est, in quo Petrus Ar-

ecadius libro integro de sacramentis Ecclesiæ

Orientalis diligenter examinavit, qui essent ibi

errores denuo introducti, & qui essent titus verè

antiqui à sanctis Patribus originem trahentes.

De liturgiis
Ethiopum,
Græcorum,
& aliorum.

44. *An compre-*
bendatur li-
ber, qui ha-
reticus com-
positus antequā
ab hæresim
liberatur, vel
postquam ab
hæresi resi-
putatur.

Aduerte item, non comprehendendi hac Bullæ

prohibitione librum, quem hæreticus compo-

suit, antequam in hæresim labetur, vel postquā

ab hæresi resipuit, sed verba illa intelligi in sensu

composito, hoc est librum hæretici, id est, com-

positum ab hæretico, quando hæreticus erat.

Sic legitur hodie ad maiorem Autoris confusio-

nem liber de Sacramentis, quem pro defensione

fidei Catholicæ Henricus VIII. Anglia Rex suo

nomine editit, & in Vaticano Bibliotheca origi-

nale ipsum alteruatur, quod ad Romanum Pon-

tificem transmisit, antequam hæreticus fieret. Sic

etiam legitur eruditum opus Sixti Senensis,

quod postquam ab hæresi resipuit, pro Ecclesia

scripsit, & alijs libri similes.

45. *An fragme-*
ta librorum
hæreticorum
que auctores
aduersi

Aduerte etiam, non comprehendendi hac prohi-

bitione fragmenta hæreticorum librorum, qua-

interdum apud Catholicos Autores reperiun-

tur, ut refutentur, vel ut illis respondeantur, quia

liber ille non est hæretici, sed Catholicæ, qui hæ-

Card. de Lugo de virtute Fidei diuina.

tericum non potest commode refutare, nisi eius *Catholicos*
verba referat. Nec refert, quod aliquis curiosè
legat verba sola hæreticorum in eo libro recita-
ta, ut sciat quid illi dixerint, quia animus hic non
prohibetur in Bulla Cœnæ, ut notauit, Sanchez
dito cap. 10. num. 23. cum aliis multis quos af-
fert. Secus tamen dicem, si ex industria tran-
scriberet omnia hæretici verba, & in unum seorsim
colligeret: illa enim scriptura seorsim posita
sine impugnatione Auctoris Catholicæ esset vel
liber, vel magna pars libri hæretici, quæ licet cum
antidototo illo, & ut pars libri Catholicæ permittatur,
non tamen seorsim, & sine impugnatione ap-
posita.

46. Quintò dubitatur de libro hæretici, cum *An liber ha-*
commentariis Catholicis, vel è contra de libro
Catholicæ, cum notis, & commentariis hæretici
Sanchez vbi suprà num. 25. negat comprehen-
di in hac Bullæ prohibitione librum Catholicæ,
cum commentariis hæretici, quamvis commen-
tarij excederent textum Catholicæ: quod doc-
cet etiam Sousa in expositione Bullæ Cœnæ, quem
affect, & sequitur Diana part. I. tral. de Bulla
Cruciae, refolut. 32. quia is liber potius Catholicæ,
quam hæretici appellatur. P. Suarez dila-
fest. 2. num. 13. & tom. de Censuris disput. 21. sect. 2.
num. 10. dicit in primis si liber æquè primus, &
communi consilio compositus sit ab Auctore
Catholicæ, & hæretico, vel à communitate con-
stante ex Catholicis, & hæreticis, librum com-
prehendi in hac prohibitione, quia verificatur,
quod habeat auctorem hæreticum, quamvis non
solum idemque docet, si liber sit hæretici, cum
scholiis Catholicis: fecus verò si liber sit Catholicæ
hæretici, nisi scholia talia essent
veriōrem partem libri conficiant. P. Hurtado
disp. 76. sect. 8. §. 203. & 304. utramque senten-
tiam conciliat, vel temperat, dicens, librum hæ-
retici, cum glossis, & commentariis Catholicis
prohibitione hac comprehendendi, si verò liber sit
Catholicæ cum scholiis, & commentariis hæretici
distinguit. Nam commentarius aliquando est
talis, ut non possit à textu commodè separari,
qui solum literam explanat, qualia sunt Com-
mentaria Cajetani in S. Thomam, & hæc non
comprehenduntur, quia liber ille nomen habet
ab Auctore solum Catholicæ, sive glossa textum
excedat, sive excedatur ab illo: hoc enim parum
refert. Aliquando verò commentator disputatio-
nes, & questiones instituit, occasione quidem à
textu captata, sed quæ non pertinent ad litteræ
explicationem, & possunt commodè à textu se-
parati; & hoc casu dicit librum esse comprehen-
sibile, quia est liber hæretici. Sic enim tom. Suarij
ipsius in S. Thomam, licet textum S. Thomæ
contineant, libri tamen Suarij appellantur, &
sunt, cùm disputationes ibi posita etiam sine tex-
tu S. Thomæ edi possent.

Hæc Hurtadi regula non videtur mihi solida:

nam commentarios literales in sacra Scriptu-

ram edunt passim eius interpretos, qui tamen li-

ibri simpliciter, & absoluē corundem interpre-

tum dicuntur, ut constat de tomis Alfonsi Sal-

monis, Cornelij, & aliorum in varios Scriptu-

ra libros. Vnde si hæreticus similes tomos ede-

ret in Scriptura explicationem, comprehendend-

erentur plane in Bulla Cœnæ. Quid enim refert,

quod disputationis institutus de sensu Scripturæ,

vel de quavis alia materia sacra? Vtrumque certè

argumentum potest esse libri de religione tracta-

De virtute Fidei diuinæ,

592

tis. Vnde cùm aliunde non possimus in vniuersum commentarios omnes ab hac prohibitione excusare, vt bene probat Suarez, quia omnes ferè libri Theologorum scholasticorum commentarij sunt in Magistrum sententiarum, vt in S. Thomam, aut Scorum; sicut & plurimi Philosophorum libri sunt commentarij in Aristotelem, qui tamen omnes libri horum auctorum nominantur, & astimantur, recurrendum videtur ad regulam ipsius Suarez, vt si textus Auctoris Catholici non excedat commentarium hæretici, ita ut maior pars trahat ad se minorem, libri illi censeantur Auctoris hæretici. Regula autem Hurtadi posset in uno casu deseruire ad magis restringendum. Quando scilicet hæreticus occasione accepta ex libro Catholici, disputationes apponeret, quæ non facerent unum cum texu Catholici: nec tam essent commentarius quām tractatus diuersus, intelligeretur liber hac prohibitione comprehensus, etiam si pars ab hæretico addita minor esset quām textus, Catholici: quia tunc non esset vno sufficiens, vt una pars maior traheret ad se minorē, sed potius videretur fraus in legem, vt sub umbra libri Catholici ederetur alter liber hæretici, qui seorsum editus comprehensus clare esset in Bullæ cœna: quo prætextu inueniretur facilis via hanc Bullæ censuram eludendi.

48

An liber hæretici non tractans de religione, qui tamen vnicam hæresim incidenter continet, vel è contra, si tractet de religione, sed men vnicam hæresim incidenter continet, vel è contra, si tractet de religione, licet nullam hæresim continet: quia verba disfunctiū posita sunt, libros, quæ hæresim continant, vel de religione tractant; quæ verba verificantur ex libro tractante de religione, licet non continet hæresim. Ratio autem esse potuit, quia non decet Catholicos discere ab hæreticis, quæ ad religionem pertinent; nam (vt dixit ille) timeo Danos, vel dona ferentes; & tunc etiam quando religiosi apparent, suspecti nobis esse debent.

49

Difficultas est, an si liber hæretici non tractet de religione, continet tamen vnam hæresim, id fatis sit ad hanc Bullæ censuram. Negarunt Sayrus, & Graffius apud Sanchez dicto cap. 10. num. 34. nisi liber ex professo tractet de religione, vel hæresi: quam sententiam probabilem esse dicit Diana 1. part. tract. di Bullæ Cruciate resolut. 3. pro qua etiam afferet Soufam ex ordine Prædicatorum in expositione Bullæ cœna Disp. 13. cap. 2. concl. 2. afferet etiam (quod miratus sum) pro eadem sententia Filliucium tom. 2. tractat. 12. cap. 7. numero 20. 4. qui tamen expressis verbis ibi contrarium docet, nec mentione quidem facta huius opinionis, cuius verba statim referant.

Alij ergo omnes hanc sententiam impugnant, & merito, dicuntque sufficere, si in libro hæretici vna hæresis inueniatur, etiam si ex professo de hæresi non tractet, ita Suarez de Censuris Disput. 21. sect. 2. numero 10. & in praesenti dicta disput. 20. sect. 2. num. 16. Sanchez dicto num. 34. Bonacina, Conich, Farinacius, quos refert, & sequitur Castro Palao dict. tractat. 4. disputat. 2. punto. 10. §. 1. num. 7. Alterius, & Portel apud Dianam, ubi supra Hurtado ib presenti disput. 76. §. 29. 5. & denique Filliucius male pro contraria

sententia adductus, verba illius eo in loco hac sunt: si liber sit hæretici, etiam si vnam solam hæresim contineat, inducit excommunicationem legem. At si ex professo de religione non tractet, non incurreret eum legens. In quibus verbis distinguuntur de libro hæretici continente hæresim, vel non continentem: primū dicit cōprehendere hanc censuram, etiā vnam solam hæresim continet, secundū vero non cōprehendere, nisi ex professo de religione tractet. Vnde postea in collectione, seu compendio tractatus 22. & illius capituli septimi, locum dicit si continet hæresim, vel de religione tractat, legens excommunicationem incurri. Nec aliud potuit ex verbis Bullæ colligiri in quibus distinguitur petitur, quod liber vel hæresim continet, vel de religione tractet, & quāvis ad hoc secundum necesse sit ex professo tractare, quia tractare non est obiter aliquid attingere, sed contumaciam hæresim id non requiritur; nam si obiter etiam hæresim continet, verè continet hæresim. Alioquin si requireretur ex professo de hæresi tractare, non oportuerit in Bulla distinguere illos duos casus, sed sufficeret uno vello excommunicare legentes libros hæreticorum de religione tractantes: nam qui de hæresi ex professo tractat, eo ipso de religione tractat, cum tractet de neganda propositione à Deo revulata, cuius fides ad religionem pertinet. Non etsi ergo dubium, quod ad hanc censuram satius sit, si liber hæretici vnam hæresim continet, licet de ea ex professo non tractet.

Sed circa hoc septimū dubitatur, quid sit de religione tractare, Suarez in praesenti dict. sect. 2. num. 16. dicit, cum librum de religione tractare, qui per se continet sacram doctrinam, siue exponendo scripturam, siue scholasticam doctrinam, siue conciones, siue casus, conscientias, siue alia, que ad cultum Dei vel sanctorum, vel laudem animarum spectant. Idem docet Sanchez num. 21. docens libros etiam, qui agunt de Clericis, & monachis, vel de moribus Christianis, & non solùm politicis, non tamen qui de Philosophia, aut inferioribus artibus, vel historia tractant. Addit denique Hurtado dict. ad dict. 76. §. 304. comprehendit librum, qui tractat de iuribus Ecclesiæ, de interpretatione epistolarum Pontificium, vel iuris Canonici, aut Civilis. Hoc tamen ultimum de iure civili non proboscis enim fint materię ad meras leges civiles spectantes, & intra legum ciuilium terminos tractentur, non videntur de religione esse: nam tractatus legitimus de suis iuribus, de usufructu, de officio Pistoris, & similes nihil habent cum religione commune, sed sunt sicut tractatus de medicina, vel Philosophia.

Dubitatur tamen octauo, an necesse sit quod totus liber de religione tractet; vt haec censura comprehendatur; omnes fatentur regiū ad eam, quod ex professo agat de rebus ad religionem pertinenter, nec sufficeret, quod obiter aliquid de religione attingat, si tamen hæresim non continet: nam tractare, in rigore non est obiter sensum suum dicere, sed defendere, probare, contraria soluere. Vnde aliquis posset inferre, sequiri, quod libri argumentum de religione sit nam omnia alia videntur incidenter, & quali per transennam, ac obiter dici. Id tamen negant expressè Sanchez dicto cap. 10. num. 34. dicens, ad hanc censuram incurrandam non esse opus, vt argumentum libri sit de religione, sed cuiuscunque

quæ rei sit argumentum, si ita notabiliter tractat de religione, ut arbitrio prudentis censetur ex professo, & non obiter de ea re tractare, id *hacis* esse, quia verificatur librum illum de religione tractare. Mitius videtur loqui Suarez dicta sect. 2. num. 16. dicens, *non fas est ut obiter aliquid de religione attingas*, sed quod ex *instiuto de religione tractet*, id enim in *rigore verba significant*. Dicitur autem de religione tractare, si per se contineat *sacram doctrinam*, &c. vbi videtur exigere, quod ex *instiuto*, & per se tractet de religione, unde contrarium videtur sentire, si præter *instiutum*, & per accidentem de religione loquatur.

Non tamen credo, quod Suarez iis verbis exigit, quod præcipuum libri argumentum sit de religione; nam similiter à Paulo V. & sanctissimo domino nostro Urbano VIII. prohibita est editio librorum tractantium, *de auxiliis diuinae gratiae*, sine licentia speciali fidei Apostolicae, quam quidem prohibitionem non effugeret, qui in libro, cuius argumentum præcipuum aliud esset, questionem, & controveriam de efficacia diuinorum auxilij infererer, & disputaret. Nec enim necesse est, quod de sola illa materia liber, vel auctor tractet, ut verè dicatur ibi eam tractare. Sic dicimus passim S. Thomam in 2.2. tractasse de *vero*, quamvis non fuerit argumentum totius illius voluminis: imò licet occasionaliter subiorum quæstio, adhuc dicitur tractari: sic enim multi Theologi in 1.2. dum tractant de meritis, & d'reuiscientia meritorum, occasione accepta agunt de reuiscientia peccatorum, an possint peccata semel remissa reuiniscere, quam quæstionem licet ex occasione meritorum, in eum locum adducant, sed tamen verè, & in rigore ibi tractant de reditu peccatorum. Quando ergo dicitur ad hanc censuram exigere, quod ex *instiuto*, & per se tractetur de religione, non debet esse sensus, quod illa tractatio per se pertinet ad *instiutum*, & argumentum illius libri, sed quod per se pertinet ad sermonem *instiutum* in illa libri parte, quæ tamen pars non sit quasi parenthesis, vel digressio breuis ab *instiutito* sermone, sed in qua de religione instituatur sermo. Quare si haereticus librum scribat de politica sua Cuiutatis gabenatione, & ea occasione agat de non permittendis oriofis, ac denique ea occasione caput inscribat de non permittendis in sua ciuitate religiosis mendicantibus, qui ex alieno viuant, dicetur verè in eo libro de religione tractare, quia de religioso arguento sermonem instituit, & circa religiosam materiam non solum sensum proprium obiter significavit, sed probare instituit, & rationibus persuadere. Sicut concionator, qui ex verbis Euangelij occasione accepta, agit de necessitate alicuius specialis virtutis, v.gr. castitatis, & obiter reprehendit iudices & magistratus, quod adulteros non puniant, dicitur tractasse de necessitate castitatis, non verè de iudicis obligationibus, quia de illa sermonem instituit, & ad illam confirmandam obiter reprehendit iudicium negligentiam in puniendis publicis delictis contra virtutem castitatis.

53 Dubitabis ergo circa hoc ipsum, an censeri debet tractare de religione liber, in quo haereticus agit de superstitionibus, vel magis arti- bus. Affirmat Suarez in presenti dicta sect. 2. in quo haer. num. 16. in fine, quia hac religioni aduerfantur, Card. de Lugo de virtute Fidei divina.

& contrariorum eadem est ratio: quare prohibiti libris de religione tractantibus, prohibentur, ticus actis de superstitiōni- bus vel ma- qui tractant de virtute religioni contrariis. Idem greci arrianis supponere videntur Nauatrus apud Sanchez, Vinaldus in bullam Cœna in explicatione prima excommunicationis num. 13. & idem Sanchez dico cap. 10. num. 32. vbi notanter dicunt, habentes libros magicae artis non comprehendendi hac Bulla censura, si Autores haereticci non sint. Alij tamen aliter videntur loqui Antonius Sousa ex ordine Prædicatorum in explicatione Bullæ Cœna cap. 2. disp. 13. num. 5. dicit, hos libros Magicae artis non comprehendendi hac Bullæ censura, quia, licet sint suspecti, heresim tamen non continent, vbi viderur clare loqui de libris compositis ab haeretico: alioquin etiam si heresim continerent, non comprehendetur in Bulla Cœna. Eodem modo videntur loqui Bonacina tom. 3. in explicatione Bullæ Cœna cap. 1. q. 2. p. m. 4. num. 4. vbi dicit, libros Magicae artis comprehendendi hac Bulla censura, quoniam si sunt libri hereticorum, simulque heresim continent: si ergo heresim non continent, non comprehenduntur, quamvis de Magia tractent.

Ego doctrinam Suarii approbo quoad libros haereticorum, tractantes de superstitionibus, quādo eas sub specie religionis tradunt, quasi virtus in illis superstitionibus sit ex Deo, quia tunc tractant de religione, videntes falsam religionem, seu superstitionem pro religione vera. Quando verò agunt de Magia, supponentes & prohidentes Magia virtutes esse ex Dæmoni, & tradentes, quibus signis, & pactis invocandus sit, vt auxilium praestet, non video clare, quomodo hac Bulla censura continerant, licet aliiunde certius sit esse alibi prohibitos. Suppono enim, posse contingere, vt nullarū heresim continerant, sicut potest Magus reperi, qui haereticus non sit, sed credit id totum illicitum esse, & Dæmonem non nisi sacrilegè invocari posse. Tradunt tamen regulas, & modum ex Dæmoni pacto ad eum efficaciter invocandum. Aliiunde verò non videntur lati probari, quod liber ille de religione tractet, sive enim prohiberi ne edantur libri de iustitia, sive de legibus: nunquid hoc ipso prohibitus esset liber, quem aliquis scriberet, de arte cauē furandi, & fraudibus, quibus furtu sua ingeniosi fures exercuerunt, quia furtum iustitia, & legibus aduersatur? Certe quando dicitur quod contrariorum eadem est ratio, & disciplina, sensus est, quod ex definitione unius contrarij colligi potest definitio alterius, & ad eandem disciplinam spectat de vitroque agere, & eius naturam explicare: unde ad eandem disciplinam spectat agere de virtutibus, & vitiis, de iustitia, & iniustitia, de religione, & irreligiositate, de medicina, & de morbis, quibus medicina adhibetur. Non est tamen idem tradere præcepta vulnerandi hostes, ac agere de curatione vulnerum; nam illud primum spectat ad artem militarem, vel gladiatoriæ, hoc verò secundum ad artem medici, vel chirurgi, vnde prohibiti libris medicinæ, nō esset prohibitus liber de arte gladiatoriæ, vel de præceptis practicis pugnandi, & vulnerandi hostes. Sic ergo prohibitus in Bulla hac libris haereticorum tractantibus de religione, non videntur eo ipso prohibiti coram libri, tradentes præcepta practicæ Dæmonem invocandi: sicut nec prohibitus intelligetur in Bulla liber haereticus de arte ingeniosis furandi, quamvis furtum Christianis-

54
seruent
Anterioris.

D D d 3 monibus

moribus aduersetur. Neque in his est periculum falsa doctrinæ, dum non assertur id esse licitum, sed ponūs supponit illicitum; & refutat quibus signis Dæmon se aliquid erit, vt mirabilia, & præstigia opereret: quæ omnia verissima esse possunt, & abique vilo errore sciri, solūmque potest eorum notitia esse perniciose, quatenus curiosi, & vani homines eam ad praxim reducere vellent. Vnde periculum non est ob falsitatem doctrinæ, vel falsi dogmati, sed ob humanam fragilitatem, quæ abutetur notitia vera ad mores corruptendos. Nec inuenio præter Suarium, alium, qui expressè contrarium dicat: nam Sanchez, & alij super adducti, solūm dicunt, libros Magice artis non comprehendendi hac censuræ, si Auctores hereticæ non sint, per quod non significant comprehendendi quod Auctor est hereticus, sed suppositis terminis habilibus, hoc est, si heresim aliquam contineant prout frequenter continere solent, vel si de religione tractent. Naustrus autem, quem Sanchez citat in Summa Latina cap. 27. n. 55. idem dicentem, in mea certè Romana editione anni 1590. nihil prorsus dicit.

55
Si hereticæ vel tripli volumine diuīsum sit & in uno ex ille vel tripli lis reperiatur aliqua heresim, an omnia illa volumina diuīna censeantur prohibita in hac Bullæ clausūsum sit. Et la, etiam si de religione non tractent, an illud solūtis reperiatur Sanchez vbi supra aliqua heres. num. 36. dicit, non censi prohiitum volumen sit, an omnia illud, quod nec de religione tractat, nec in eo illa heresim continetur, pro quo afferit etiam Vgolina confessio cap. 1. verbo ac eorundem libros §. 1. num. 2. versic. 6. quod tamen Sanchez intelligit, quando vere sunt diuersi tomi, etiam si aliquis per accidēt eos simili in eodem tomo conglutinet. Secus verò est, si unicus tomos in plures libros diuīsus sit, sicut Magister sententiārum diuīsus opus Theologicum in quatuor libros, & sicut ipse Sanchez diuidit singulos tomos de matrimonio in plures libros: tunc enim plures libri faciunt vnum tonum, & vnum librum vulgarem, & omnes erunt hac censura prohibiti, licet aliquis commoditatis gratia singulos Auctoris libros seorsim conglutinaret.

56
P. Suarez in praesenti dicta scilicet 2. num. 9. dicit, hanc Sancij doctrinam veram esse, quando tomi sunt ita distincti, ut sine omnino de diuersis argumentis, nec habent inter se ullam connexiōnem, tunc enim procedit ratio facta: fecus verò si vterque tomus sit eiusdem argumenti cum connexione inter se: tunc enim vterque tomus comprehenditur hac prohibitionem: tunc quia vterque de religione tractat, quod sufficit ad hanc prohibitionem, tum quia reuera vterque est pars operis vnius, licet per accidentis diuidantur, propter virandam magiam vnius voluminis molem.

Hac tamen Suarij doctrina explicatione indiget, vel certè moderatione. Negari enim non potest, posse aliquando cundem Auctorem idem argumentum pluribus tomis ita profequi, ut sint libri, & tomi diuersi, ita ut prohibito vno alij non prohibeantur. Et quidem hoc videtur in vnu sacra Congregationis Iudicis Romanæ, quæ aliquando prohibet vnum solum tonum aliquius Auctoris, non verò ceteros eiusdem, licet sint de eodem argumento: exempla possimus afferre, sed oportet bonorum Auctorum nominibus parere. Deinde certum est, tomos omnes Cardinales Baronij de eodem argumēto esse, nempe An-

nales Ecclesiasticos: & tamen si Auctor effet hereticus, nec argumentum effet religiōsum, sed profanum, v. gr. historia politica, nemo dicitur duodecim tomos esse prohibitos ex vi Bullæ cœne, eo quod in vno ex illis una heres reperiatur. Ratio autem prima, quam Suarez assert ad bandum utrumque eorum comprehendendi, quia vterque sit eiusdem argumenti, vterque tractabat de religione, quod sufficit ad hanc prohibitionem: hæc, in quam, ratio non videtur esse ad rem, quia hoc dubium non procedit, quando libri heretici tractant de religione, sed solum quando non tractant de religione, & tamen, quia continent heresim, comprehenduntur hac censuræ, quod sapienter contingit in libris historicis, Philosophicis, Politicis, &c. Quo calu queritur, an omnes tomi sint hac prohibitione comprehensib; quādo in vno solo tomo aliqua heres reperiatur.

Non est ideo vera regula in vniuersum, quod quoties plures tomi habent connexionem alijs, quam inter se ratione argumenti communis, quod sapienter contingit in libris historicis, Philosophicis, Politicis, &c. Quo calu queritur, an omnes tomi sint hac prohibitione comprehensib; quādo in vno solo tomo aliqua heres reperiatur. 57
Dubitatur Decimod, si hereticæ opus dupli, opus dupli volumine diuīsum sit & in uno ex ille vel tripli lis reperiatur aliqua heresim, an omnia illa volumina diuīna censeantur prohibita in hac Bullæ clausūsum sit. Et la, etiam si de religione non tractent, an illud solūtis reperiatur Sanchez vbi supra aliqua heres. num. 36. dicit, non censi prohiitum volumen sit, an omnia illud, quod nec de religione tractat, nec in eo illa heresim continetur, pro quo afferit etiam Vgolina confessio cap. 1. verbo ac eorundem libros §. 1. num. 2. versic. 6. quod tamen Sanchez intelligit, quando vere sunt diuersi tomi, etiam si aliquis per accidēt eos simili in eodem tomo conglutinet. Secus verò est, si unicus tomos in plures libros diuīsus sit, sicut Magister sententiārum diuīsus opus Theologicum in quatuor libros, & sicut ipse Sanchez diuidit singulos tomos de matrimonio in plures libros: tunc enim plures libri faciunt vnum tonum, & vnum librum vulgarem, & omnes erunt hac censura prohibiti, licet aliquis commoditatis gratia singulos Auctoris libros seorsim conglutinaret.

Fateor tamen cum Suario, non sufficere è contra diuisionem materialem eiusdem operis in plures tomos, ut error vnius non refundat prohibitionem in alios, sed credo attendandam esse diuisionem formalem, ut in dicam. Vnitas enim, vel pluralitas in his rebus accipienda est moraliter, cum analogia ad entia physis; in quibus illa dicuntur duo simpliciter, quorum singula per se subsistunt, & non in alio. Sic per separatiōnem sunt duas aquas, quæ anteā erant duas partes solum vnius aquæ, quia ex se illæ partes erant indifferentes, ut essent partes, vel tota diversa. Alia verò sunt entia, quæ ita ex natura sua sunt partes, ut etiam post separatiōnem non habeant singula denominationem totius, vel nisi completi, sed parti: sicut materia, & forma hominis, etiam si parentur, non dicentur duo supposita, vel duas naturæ, sed partes vnius naturæ: sicut etiam manus, pes, caput, non dicentur plures naturæ, etiam si parentur, quia ex se sunt partes exigentes vniōnem cum aliis partibus. Hoc ipsum cum proportione reperitur in libris, sive enim aliqui ita diuisi in plures tomos, ut tamen singuli tomi non subsistant per se, ut ita dicam, sed quatenus cum aliis componunt vnum opus, vnde non possunt cōmodè edi in lucem seorsim, nec emi, aut vendi seorsim, quia singuli sine aliis essent ferè inutiles, vel parum utiles. Quis enim emat partem hyemalem breviori sive parte alijs,

vati, licet sint tomī diuisi: idem dicerem de Thesauro linguae latīnae, qui licet sit in plures tomos distributus; singuli tamen seorsim parum viles essent, nec ab illo prudenter emerentur, nec unquam singuli sine aliis omnibus imprimuntur: quare Auctōr non dicitur plura opera scripsisse, sed unū solum opus in plures tomos distributum. Atque idem fortasse aliquis iudicabit de opere Thomae Sanchez de Matrimonio, quod licet sit in tres tomos ab Auctōre diuisum, singuli tamen seorsim, nec edi, nec emi commōdē possent, propter maximā dependentiam, & connexionem, quam ad inuicem habent. Alia vero opera sunt ita distributa in plura volumina, vt singula ex se sint apta subſttere per se, & seorsim ab aliis: quod constat à posteriori, vt diximus, ex effectus; nam seorsim; & successiū ab Auctōribus scribuntur, & eduntur, & à lectoribus emuntur, vt de tomis Cardinalis Baronij constat, & idem fuit de tomis Bellarmini, qui omnes continent idem argumentum, neimpe controverſias contra hæreticos; & idem faciunt plures alii doctores, qui successiū edunt varios tomos Conciliorum, vel commentatororum, quos successiū componunt, qui re vera sunt tomī diuersi, & singuli seorsim utiles sunt, & emuntur.

Vnde in hoc librorum genere credo posse habere locum, quod Sanchez dicebat, licet aliquis ad faciliorē vsum velit in eodem volumine congl̄orinare simul duos tomos, quos Auctōr non singul, sed successiū, & seorsim edidit, adhuc reputandos esse duos, ita vt si Auctōr sit hæreticus, & in 2. tom. vnam hæresim dixerit, non ideo primus sit hac Bullæ censura prohibitus, si de religione non tractat. Quod idem verum credo, licet alias typographus iterum imprimat vtrumque tomum in uno minoribus characteribus. Audio enim, typographum nunc velle imprimere in uno volumine duos tomos, quos ego edidi de Sacramentis, & Eucharistia, & de Pœnitentia, quos ego duos tomos feci, & seorsim, ac successiū edidi, atque adeo tempore erunt intrinsecē duo, quamvis in unū volumen à typographo reducantur. Multū quippe ad hoc valere credo intentionem, & factum ipsius Auctōris, à quo potissimum tomī vnitatem, & pluralitatem accipiunt. Nam quamvis partes aqua, vel vni etiam seorsim, & successiū productæ possint postea à quolibet alio misceri, & faciant vnam aquam, vel vnum vinum; libri tamen, qui semel ab Auctōre seorsim editi, & duo facti sunt, non videntur posse postea à quolibet alio reduci pro libito ad vnitatem, ita vt iam duo amplius non sint. Quia in his entibus successiū, maximē quæ non habent successiū omnino continuam, sed discretam, vniuersitas vel pluralitas habet multū moralitatis, atque ideo penderet multū ad intentione operantis, & aliis operis circumstantiis, vt constat in sermone, & loquutione vocali. Quare si aliquis duas conciones habeat ad populum duobus diebus, non poterit typographus facere, quod ex illis fiat vna concio, quamvis eas simul edat, sed semper erunt duæ, quia Auctōr non semel, sed bis concionari, & loqui voluit: Ita ergo Auctōr duos tomos seorsim edens, non semel, sed bis vult lectoribus loqui, nec alius potest facere quod semel solum loquatur, cum id maximè ex intentione loquentis pendaat. Nec è contra Auctōr unū solum tomum edere voluit, poter-

rit typographus facere, quod sint duo, vt non sit vterque prohibitus propter hæresim in uno contentam: semper enim manebit unus tomus, ea vnitate, quam ab Auctōre accepit, sicut si vnicam habuit concionem, nunquam erunt duæ, licet typographus eam in duas diuidat, quia Auctōr solum semel ore, vel scripto loqui voluit, quare una loquatio vel scriptura erit, & non plures.

Aduertunt denique omnes, quando in eodem libro, vel tomo hæresis continetur, ita totum hac ^{Non sufficit} in libro expū-
prohibitione comprehendit, vt nec illa capita, ^{in libro expū-}
^{gere hæresim} ut reliqua le-
vel codices, in quibus nulla continetur hæresis, si possint, sed
legi, vel retineri possint, imò nec indices, aut totus liber
præfationes, quia sunt partes eiusdem libri; nec ^{prohibitum est.}
eriam sufficiet expungere hæresim, vt reliqua le-
gij aut retineri possint, quia totus liber, & omnes
eius partes sunt immediate prohibita: ita Sanchez ^{etiam} ^{dīcta cap. 10. num. 35.} Suarez de Censuris
dīcta diff. 21. sect. 2. num. 10. & in presenti dīcta
diff. 20. sect. 2. n. 9. cum aliis, quos afferunt.

§. II.

Quas personas obliget hac Bullæ
prohibitio.

Certum est omnes prater Summum Pontificem ligari hac censura, cū illi soli excipiatur in Bulla, qui facultatem à Sede Apostolica habent, quæ exceptio omnes alios excludit, qui cumque illi sint. Vnde ipsi etiam hæretici comprehenduntur, cū illi subditi sint Pontifici, & ^{Etiam ipsi} eius legibus, ac censuris obligentur. Quod adeo ^{hæretici} verum est, vt si hæreticus retineat, aut legat librum illum, quem ipsem in hæresi existens composuit, tractantem de religione, vel hæresim continentem, incurrit hanc Bullæ censuram, ultra illam, qua ligatur, quia hæreticus est. Ita cum Vgolino Sanchez dīcta cap. 10. num. 37. & Suarez in presenti dīcta sect. 2. num. 26. Sicut enim si indulgentia concessa esset fidelibus legentibus per horam librum aliquem pium Catholicum, lucrari posset indulgentiam aliquis legendo librum pium, quem ipsem edidisset: ita pena impensa legenti librum impium hæretici incurri poterit ab ipso Auctōre legente suum librum. Et quidem non deficit ratio legis, quia & ipse auctōr mouetur, & fortasse maiori affectu ex lectiōne proprii libri, quam alieni, ad confirmandam mentem in hæresi, ob rationes, & argumenta à seipso adducta, & inventa: vnuſquisque enim sibi magis complacet in prole propria, quam aliena. Retentio etiam libri permisio est, non solum Auctōri, sed aliis, quibus liber conseruatus noce poterit.

Dubitari potest primò, An qui securus est de seipso, quod ei libri hæretici lectio non nocebit, ^{An qui secundò} sed potius fortasse proderit, possit licet illum legit̄, ^{ipsi} quod ei ḡere. Non defun̄ qui tentauerint hac via euadere libri hæretici legem, qua fundatur in presumptione, non obliterib̄, sed pogram̄ cessante ratione legis: quare cū hæc lex tuis fortasse fundetur in presumptione, & timore periculi, licet illum cessante eo periculo, & timore, ceſſabit in eo casu legeret particulari obligatio legis. Communiter tamen Doctores hanc exceptionem reiiciunt. Suarez ubi supra num. 27. 2 Sanchez num. 24. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 16. quæst. 6. & magis in terminis Coninck. diff. 18. dub. 11. num. 170. & in eadem

docet Hurtado *disp. 76. §. 307.* quamvis profiteatur se media via procedere.

63
Sententia
Authoris.

Ego fateor quidem cum vtrisque, cessante ratione legis, non solum negatiæ, sed etiam contrariæ, legem non obligare: dicitur autem cessare contrariæ, quando obseruatio legis latæ ad bonum commune cederet in hoc casu particulari in destruptionem eiusdem boni communis, quod per legem intendebatur. Hoc solum concedit Hurtado, *vbi suprā*, quod non negant Auctores secundæ sententiae, sed loquuntur quando cessat ratio legis negatiæ, quia aliquis nō timeret si bi probabile periculum ex lectione libri hereticorum: & quamvis aliqui explicit etiam in casu, quo legitur ad impugnandum, & ad procurandum idem bonum fidei: id tamen debet intelligi cum distinctione aliqua maxime obseruanda, & præ oculis habenda, quoties agitur de lege, an obligat, vel non obligat cessante ratione legis in aliquo casu particulari.

64
Poteſt multi-
pliciter ceſſa-
re ratio legis.

Poteſt enim multipliciter cessare ratio legis. Primo in vniuersum, & pro omnibus, ita ut iam nunc v. g. expediat magis ad bonum fidei, quod omnes possint legere libros hereticorum, quād quod debeant ab iis abstinere. Et tunc non est dubium, quod cessat obligatio legis, imò definiit esse lex, quia legis anima est ratio, quare ablatum in vniuersum ratione legis, manebit irrationabilis, atque adeo non erit lex. Secundo tamen poteſt cessare ratio legis, non in vniuersum, & pro omnibus, sed pro hoc individuo, & casu particulari; & tunc communis Doctorum sententia negat cessare legis obligationem, quos latè congerit Diana 1. part. tract. de legibus resolu. 28. Alij verò dicunt, tunc cessare obligationem pro eo casu quos refert, & sequitur Grando in 1.2. *controversia 7. de legibus tract. 3. part. 2. disp. 15. sect. 2.* & plures addit Diana loco citato.

65

Horum tamen Doctorum assertio rursus duplíciter intelligi poteſt. Primo, quod in hoc casu particulari maius bonum sit, quod lex non obserueretur, seu quod fiat actus contrarius. Secundo quod maius sit bonum, & utilius sit ab bonum commune, quod lex in hoc casu non obligat. Est enim magna differentia inter hos duos sensus, quia contingit sèpè maius bonum commune resultare ex violatione legis in aliquo casu particulari, quād ex eius obseruantia, & tamen non ideo cessare tunc legis obligationem, quia maius bonum commune resultat ex eo quod lex tunc etiam obligat, quād ex eo, quod non obligat. Exempla adduxi, & rationem redidi *disp. 23. de Penitentia sect. 1. num. 8. & sequentibus, & tom. 1. de Inſtitutio disp. 16. sect. 2. num. 29.* vbi ostendit, posse legem etiam naturalem, exceptionem omnem excludere illius etiam casus particularis, in quo nullum damnum, imò maius bonum consequeretur ex actu contrario: quia licet in hoc casu particulari maius bonum commune obserueretur, v. gr. ex mendacio officioso, quād ex veritate: maius tamen damnum commune sequeretur ex eo quod in hoc casu mendacium esset licitum: nam ea licentia pro hoc casu tolleret fidem humanam pro aliis multis, cum semper possent homines formidare, an loquens apprehenderet in illo casu maius bonum, quād damnum sequi ex suo mendacio. Non ergo cessat ratio legis in iis casibus, quia licet cesset maius damnum commune, quād bonum ex mendacio

præſenti: non tamen cessat maius malum commūne, quod sequeretur, si mendacium non factum proferretur, sed licet proferri posset in hoc casu particulari. Quod idem in lege positiva humana considerandum est, ad decernendum, an cessante ratione legis in casu particulari ceflet legis obligatio. Non enim considerandum solum est, an ex actu contrario sequatur damnum commune, vel potius commune bonum, sed an id sequatur ex eo, quod lex humana non obligat etiam pro eo casu, sive quippe aliqua leges humanæ, que ob hanc rationem obligant in omni casu, v. gr. lex Tridentini de Parochi præfesta ad matrimonium necessaria, que obligat etiam eo casu, quo deficiente Parochi maius bonum, quād damnum commune sequeretur ex matrimonio tunc contracto: quia nimis licet ex illo matrimonio particulari magnum bonum commūne, & nullum malum sequeretur: maximum tamen damnum commune sequeretur ex eo, quod saltem in casu extraordinario posset licere, & validè fieri matrimonium sine Parochio, quia manerent matrimonia multa dubia, & litigiosa, sub prætextu talis necessitatis, & fingeant sibi homines necessitatem, quare maius bonum commune est, quod etiam in eo casu non possit.

Hinc ergo applicando eam doctrinam ad casum nostrum dicendum est, si casus sit talis, vt maius bonum fidei, & Ecclesiæ sit, quod hac lex non obligat in eo casu, posse quidem habere locum sententiam illam, & iuxta cam legi, & habere libros hereticorum cessante omnino ratione legis in eo casu particulari, quamvis non ceflet in communione: que ideo non ceflet absolute lex & prohibito. Ad hoc tamen in primis non sufficit quod homo videatur sibi securus à periculo ex lectione librorum hereticorum. Primo, quia singimus nobis cam securitatem, sicut Salomon sibi cam fixit, quando accepit sibi uxores alienigenas, & infideles, que paulatim eius cor emollierunt, & auerterunt à lege Domini. Quis autem credat se magis doctum, & illuminatum, ac bene in diuina lege & cultu veri Dei fundatum, quād Salomonem? Quis credat lè in fide firmiorem, quād S. Petrum Martyrem, qui tamen ex afflida cum hereticis disputatione ad ipsius fidei propaginationem suscepit, sensit se circa fidem tentarum; & opportunè ad diuinum auxilium implorandum recurrit? Propinat quidem heretici dulciter venenum sua doctrine, & à facilioribus incipientes plausibilis argumentis, & exemplis conantur reddere verisimilia leuora aliqua dogmata, que non leviter fidei Catholicae fundamenta labefactant, & ab his infidis omnes merito timere debent, atque vitram experientia non monstrarat, cedros Libani nolis temporibus vacillasse. Denique quamvis de hoc individuo in particulari non possit probabiliter timeri, quod ei lectio nocebit, in genere tamen, & in vniuersum prudentissime timeri potest, quod si omnes, qui sibi nihil à lectione horum librorum timent, eos possint licite legere, aliqui ex lectione illa documentum patiuntur: quare ob hunc iustum timorem, lex rationabiliter omnibus absque exceptione prohibere potest, ne legant, etiam si singuli in particulari securi sibi videantur.

Addo præterea, legem hanc non haberi pro ratione solum periculum damni lectoribus sequenti

quatur, sed etiam punitionem hereticorum: nam sicut alii poenis puniuntur, & excommunicatione, quā ē consortio fidelium separantur, vt videntes se ab aliis relictos, & reiectos resipiscant: sic etiam prohibentur eorum libri, quā non est leuis poena Auctoris, quōd eius opera lectio, aut visu alij non dignentur, vt hoc etiam iis ad correctionem deseruat. Quæratio semper manet, etiam si letores nihil mali sibi timeant ab eiusmodi librorum lectione, & tractatione.

68
An in Anglia, Germania, &c. posse legi licet hæreticorum libri, qui in Bulla coenæ promoventur?

Hinc infertur, quid dicendum sit ad dubium illud, quod solet proponi, an in Anglia, Germania, & aliis locis, in quibus hæretici grassatur, possint legi licet hæreticorum libri, qui in hac Bulla prohibentur. Aliqui dicunt, non posse etiam ad eos impugnandos, sed habere licentiam peti à Summo Pontifice, qui huic necessitatī prouidebit. Ita Suarez dicta fuit, 2. n. 27. si tamen repentina necessitas urget, & periculum sit in mora dicit, posse per accidens ex ejus pœna pro illa vice fieri. Alij dicunt id verum esse, si Bulla coenæ in illis prouinciis, vbi recepta sit, vel obligetur, ita Azor 1. tom. lib. 8. cap. 16. qnaest. 6. quem sequitur Sanchez ubi supra num. 42. Alij quos affect Diana 1. part. tract. de Bulla cruciata resolut. 35. negant obligare predicatorum Bullam in omnibus locis. Hurtado denique dicta diff. 76. §. 306. & 307. dicit Bullam coenæ vbi quecumque dimid obligeat, sed tamen illos, quibus incumbit fidei propagatio posse, & debere legere, in prouinciis hæreticorum eorum libros ad eos impugnandos, quia in his cessat contrarie finis legis, quia manus fidei damnum sequeretur, si ab aliis libri non legerentur; & affert exemplum Gregorij de Valencia, qui eorum librorum copiam occulit ex ipsis Typographis procurabat, ita ut simul cum libro eius impugnatio in lucem prodiret. Hoc tamen exemplum parum mihi probat; nam eo tempore poterant doctores Societatis ex facultate Generalis eos libros in Germania legere, & non est credibile, Valentiam eam facultatem à Generali non habuisse, quando alij eam habebant.

69
Abstinendum est ab illo dubio, an Bulla coenæ vbi quecumque de facto obligeat, quod longiori requiriatur questionem, quæ in tractatu de Censuris examinatur, vel etiam de legibus, & speciale habet difficultatem in hac Bulla, quæ singulis annis de novo editur, & publicatur. Ex suppositione itaque, quod prohibitio hæc vbi que obligeat dicendum videtur cum Suarez, intentionem foliam impugnandi non esse titulum sufficientem, vt excusat ab hac prohibitione, nisi in casu a Suarez expresso, quando necessitas urget, & non esset locus petendi licentiam à summo Pontifice, quia periculum esset in mora, & bonum ipsius fidei peteret necessariò lectionem libri, quo casu ratio legis contraria cœlaret, quo tamen casu deberet saltem peti licentiam ab Episcopo, & ipse deberet eam concedere limitatam vt dicam infra. Quando vero facultas peti potest, non video, quo titulo excusat aliquid ab ea petenda, vt constat in aliis materiaiis, in quibus prohibetur ne aliquid fiat sine facultate superioris, v.g. in Bulla nouissima SS. D.N. Urbani VIII. prohibetur Episcopis ne dicendant à sua residencia, extra casus in eadem Bulla expressos, sine licentia sedis Apostolicae: si occurrat necessitas absentiae, adhuc obligatur Episcopus ad petendam

licentiam, quia Pontifex vult sibi referri iudicium de causa, & necessitate. Item Religiosus non potest expendere sine licentia Praelati, quare si occurrat necessitas expendendi, debet petere licentiam, saltem si potest, nec poterit propria auctoritate expendere, non petita licentia, & sic in aliis. Idem ergo dicendum est de licentia necessaria legendi libros prohibitos, quæ quidem lectorio non omnino prohibetur, sed ne sine licentia sit, quæ si causa necessaria, vel sufficiens iudicabitur, concedetur, si vero non conceditur, hoc erit, quia non iudicatur necessitas sufficiens vel certe quia Pontifex alia via, vel per alias personas, que ei videantur magis idoneas prouidendum iudicant: nemō enim est in causa propria bonus iudex, & experti sumus nonnullos Catholicos contra hæreticos scribere voluisse adeo frigide, & insulse, vt in causa prævaricari videantur, & adiciant animum hæreticis ad persistendum in suis erroribus.

Dubitatur itaque secundò, an aliqui de iure habeant facultatem legendi hos libros hæreticorum. Respondeo, quidquid olim fuerit, reuocatas fuille omnes eas facultates omnibus etiam Episcopis, & Cardinalibus in Bulla Iulij III. & Pauli IV. & Pij IV. quas Bullas refert Peña in fine directorij sui Inquisitorum, & cum maiori rigore nouissime Urbanus VIII. in suo proprio motu edito 2. Aprilis anno 1631. in quo omnibus personis cuiuscumque gradus, status, conditionis, dignitatis, & præminentiae, etiam speciali nota dignæ concessas licentias omnes revocauit, & omnibus vniuersim abstulit potestatem eas licentias concedendi. Difficultas erat de An Inquisitoribus, an ipsi possint eos libros legere tamen iure officij sui. Affirmant enim Peña, Vgolinus, Azor, Gratus, Farinacius, & alij, quos affert, & sequitur Castro Palao tom. 1. tract. 4. diffut. 2. punt. 10. §. 3. numero 2. quia in prædictis Bullis excipiuntur. Alij de hoc dubitant, ita Suarez ubi supra num. 28. Sanchez num. 46. & Barbosa de porestate Episcopi allegatione 90. num. 8. quia in illis Bullis non conceditur positivè licentia Inquisitoribus, sed reuocantur licentiae aliis concessae, præter concessas Inquisitoribus, quare Hurtado ubi supra §. 305. dicit Inquisidores supremi concilij inquisitionis Hispanie posse legere libros illos, quos ipsi aliis permittere possunt, de aliis vero libris consolenda esse eorum privilegia, & videndum an ad eos facultatem vere habeant. Prima tamen sententia probabilis erat extra Hispaniam, in qua ex Bulla Pauli V. solus Inquisitor generalis potest hæreticorum libros legere, & ij quibus ipse commisit, quæ Bulla habetur in principio iudicis expugnatorij Hispani, & eam restitutus Castro Palao ubi supra num 4. Dixitamen, probabilis erat, quia nunc post ultimam reuocationem sanctissimi Domini nostri Urbani VIII. dubitari potest, an sit amplius probabilis, reuocata enim sunt omnes licentiae quibuslibet personis concessae cuiuscumque dignitatis, &c. & non sit exceptio illa Inquisitorum, sicut facta fuerat in illis aliis Bullis reuocatoriis. Credibile tamen est, quod idem sanctissimus interrogatus iam fuerit, & suam mentem circa Inquisidores declarauerit. Certum tamen videtur, quod circa libros, qui non sunt aliunde prohibiti, nisi ab ipsis Inquisitoribus, possunt licentiam dare illos legendi illis, qui possunt prohibiciones evocare, & auferre, & quod possunt sibi

70
An aliqui de iure habeant facultatem legendi libros hæreticorum.

Qui possunt dare licentia legendi libros prohibitos.

*ibi eandem licentiam usurpare quam alii possunt concedere. Quantam verò facultatem circa hoc habeant Inquisitores particulares; pendet ex commissione, & concessione facultatis iis datae, ab Inquisitore generali penes quem videtur ea potestas residere. Circa alios verò libros à summo Pontifice prohibitos, & multò magis circa libros prohibitos in Bulla Cœnæ; iam diximus à sanctissimo Domino nostro Urbano VIII. fuisse omnibus ablatam potestatem concedendi eiusmodi licentias. Aduertit tamen Sanchez *vbi supra num. 43.* in casu magna necessitas non patientis moram propter periculum, si expectetur licentia summi Pontificis, posse Episcopum concedere tunc licentiam, quia in eiusmodi casibus recurret solet ad Episcopum. Addo ego primò debere recurrer, quia cùm adsit Episcopus, qui potest eo casu licentiam dare, non excusat necessitas vrgens à petenda licentia. Secundò cam licentiam debere esse limitatam ad tempus, intra quod possit recurrer ad Pontificem, quia cùm actus habeat tractum successuum, necessitas non facit, quod Episcopus possidat licentiam, nisi pro eo tempore, quo durat importunitas recurrendi ad Pontificem.*

*71 De collegio Cardinalium querunt aliqui, an Cardinalium an Sede vacante possit hanc licentiam concedere. Sed méritò id negant alii relatis Sanchez *vbi posse hanc li- suprà num. 44.* Suarez *num. 27.* Castro Palao *vbi centium con-* *suprà §. 3. numero 5.* & alijs contra Vgoliniū, quia edere?*

Cardinales Sede vacante præter illa, quæ ad electionem Pontificis spectant, non possunt sibi potestatem Pontificis villam usurpare, nisi tam grande, & vrgens periculum occurret, vt omnibus, & singulis Cardinalibus videretur celeriter occurredum, vt constat ex cap. *vbi periculum de electione lib. 6. & ex Clémentina, ne Romani, de electione*, ynde si necessitas talis circa lectionem libri prohibiti occurret (quod mortaliter non contingit) posset ex omnibus Cardinalium, nullo dissentiente, consensu, eiusmodi facultas ad tempus dari, quæ electo postea Pontifice, ipso facto cessaret.

S. III.

Quæ actiones hac clausula prohibentur.

*72 Excommunicantur in Bulla cœnæ prædictos Excommunicantes, aut reuidentes, imprimentes, cantur qui seu quomodolibet defendentes, ex quavis causa, libri legentes, vel occulentes, quavis ingenio, vel colore. Circa reuidentes, &c. ca primam particulam dubitari potest primo, quid intelligatur per legentes, an foli ij, qui ore gatur per legentes, & ij etiam, qui visu solo percurrent, & mente percipiunt, quæ in libro continentur, nihil ore reuidentes. Patentur omnes hos etiam incurtere censuram, Suarez *dīta scilicet 2. num. 18.* Vgolinus, & Graffius, quos referr, & sequitur Sanchez *vbi suprà num. 41.* Bonacina, quem affert, & sequitur Castro Palao *dīta punt. 10. §. 2. num. 2.* quia illa est propria, & vera lectio & actio externa pertinens ad visum: potest enim Ecclesia præcipere, vel prohibere visum alicuius obiecti sensibilis, sicut potest præcipere, vel prohibere auditum etiam alicuius concionis. Ad quid etiam affert lex 2. §. si dubitetur, ff. quemadmodum testamento aperiantur, *vbi dicitur, qdō in specie tabularum testamenti, significaretiam le-**

tionem: quare è contraria lectio poterit significare in se censuram.

*Dubitatur secundò, an è contra incurtere censuram, qui nihil ex libro haurit, sed voce recitat ipsius libri, que memoriter olim didicis, Graffius apud Sanchez *n. 47.* dicit incurtere, Sayrus verò apud eundem id negat, quando bono fini lo fine id faciat. Vtrumque impugnat Sanchez *vbi suprà num. 41.* ibi quia ille non legit, nec lex finem puniri, sed factum ipsum, & actionem legendi, cui sententia Suarez *vbi suprà num. 18.* Posset locum habere sententia Sayri, quando ille praevis finis ita exteriori significaretur, vt ipsa recitatio ostenderet libri approbationem aliquam, vel defensionem, tunc enim censuram incurris, non quia legisti, sed quia approbas, & defendis librum hereticum: in rigore tamen qui memoriter recitas, non legit, vnde dicere solemus ad commendandam memoriam tenacitatem, & felicitatem alicuius, quod ita facile, & fideliter ea, quæ semel videlicet, ac si ea tunc legeret, non ergo legit, sed legit.*

*Dubitatur tertio, an qui audit legentem incurrit hanc censuram. Azor, Sayrus, & Graffius apud Sanchez *num. 48.* dicunt incurtere, si ipse sit causa lectio concilio, mandato, statuione, preceptibus, vel alio modo, secus si nullo modo sit causa: quia in primo casu, licet non legit physice per seipsum, legit tamen moraliter per alium, quo tanquam instrumento vitiorum secundo autem casu non legit per se, nec per alium, sed folium audit. Quod docet etiam Hurtado *dīta dīp. 76. §. 3. 10.* Pro eadem sententia assertur Altearius, Layman, Megala, & Reginaldus apud Diana part. 1. tral. de Bulla cruciata resolut. 34. Hanc tamen distinctionem impugnat Suarez *vbi suprà num. 19.* & dicit in utroque casu incurrit censuram.*

*Alij tamen probabiliter dicunt, in neutro casu incurrit hanc censuram, quod debet intelligi quatenus fertur contra legem estiam ex alio capite possit incurri, quatenus extenditur ad approbatentes, vel defendentes, si definitio, vel approbatio libri significaretur. Hanc sententiam tenet Vgolinus, quem referr, & sequitur Sanchez *num. 49.* quem malè affert pro contraria sententia Hurtado *dīta §. 3. 10.* idem docent Farinacius, Duardus, Fillius, Bonacina, quos efficit, & sequitur Castro Palao *vbi suprà num. 4.* Coninch *dīp. 18. n. 17. 8.* dicit illi certum esse quando audiens non est causa, & non est improbabile, quando est causa. Eandem sententiam absolu te tenet Sousa, Portel, quos addit, & sequitur Diana *vbi suprà.* Ratio autem est, quia audiens siue inducat, siue non inducat legentem, verè non legit: lex autem imponens penam facientem non comprehendit mandantes, vel consulentes nisi id exprimat, ut cum alii probat late idem Sanchez *lib. 3. de Marrimonio dīp. 42. n. 2.* nec enim mandans homicidium occidit propriæ, nec incurrit irregularitate, nisi expresse fuerit impossita etiam mandanti: non est ergo cur excommunicatio hac imposita soli legenti, extendatur etiam ad mandantes, vel consulentes.*

Obiicit Suarez primò quia idem est periculum in audiendo, ac in legendo libro heretico, imo fortasse mains, quia minus laboriosum, & facilius est audire, quam legere: quare lex suo fine fraudareretur. Respondeo negando illi idem periculum

*Hac licentia
debet esse li-
mitata ad te-
pus.*

Disput. XXI.

Sect. II. §. III. 599

culum, ac ex quæ facile, quia sicut tu non vis legere, ne incertas censuram, ita ille alius ob eandem causam recusabit tibi legere. Nec iteo lex fraudatur suo fine, quia iam eadem lex ne tu audias; prohibuit aliis ne legant. Quod si aliquis sceleratus tibi complacere, non oportet quod lex omnia incommoda efficaciter impedit. Deinde verba in lege penali intelligenda sunt et sonant.

Secundò obiicit, quia auditus non minus est sensus disciplinæ, quam visus: sicut ergo prohibetur lectio per solum visum, ut caueatur talis doctrina, similiter prohibetur per auditum. Respondeo eodem modo non esse eandem rationem cum faciliter possit solus quis sibi legere quam inuenire casu alium legentem: si autem ex industria cum querat, iam in hoc ipso peccat suadendo lectori actum prohibitum. Sufficit ergo prohibuisse lectionem, & quamvis ratio esset eadem non id sufficeret ad extendendam penam ultra propriam verborum significacionem.

Obiectio 3. Tertiò arguit, quia lectio duas actiones includit, nempe prolationem, & perceptionem eorum, que scripta sunt: & haec secunda ratio consummat lectionem: illa autem, qui audit verè percipit sensum: quare per seipsum legit, & per seipsum consummat actionem. Respondeo retroquendo argumentum: nam si lectio includit vitramque actionem, ergo qui non ponit vitramque, sed solam secundam, non legit: sicut quia haereticus consummata includit internam, & externam, qui solam ponit externam, non est haereticus: ille ergo tunc non consummat lectionem, deficiente prima lectionis parte: sicut nec proferens haereticum externam sine interna consummat haereticum.

Obiectio 4. Quartò obiici potest, quia hic audiens saltem quando est causa lectionis, licet excusat ab hac excommunicatione bullæ cœnæ, non tamen videtur excusari ab excommunicatione, quam contrahunt communicantes cum excommunicato in crimen criminoso, ob quod sunt excommunicati, & quæ habetur in c. nuper, &c. si concubina, de sent. excom. cùm participent in lectione prohibita, ob quam legentes ipsi excommunicantur. Respondeo tamen, ad eam excommunicationem incurrandam requiri participationem in crimen cum excommunicato denuntiatio, aut publico Clerici percussore post Concilium Constantiense, ut cum aliis notauit Sanchez dicto cap. 10. num. 50. quales non sunt legentes hos libros, cùm non sint nominatim denunciati.

79. Hinc inferunt aliqui, si Dominus iubeat famulo, vt legat ipsi Domino audituro librum haereticum, famulorum aliquando excusari à censura bulle: quando scilicet meru graui ad id compellitur: quia licet peccet mortaliter, si id in contemptum fidei præcipiat; non tamen peccat contra præceptum Ecclesiæ, que non obligat cum tanto detramento, sed solùm contra præceptum diuinum. Ita Sanchez vbi supra n. 49. Castro Palao n. 5. Duardus, quem affert Diana dicto tract. de Bullæ cruciata resol. 34. in fine contra Bonacinam ibi adductum, qui dicit incurtere etiam censuram. Si vero non iubetur legere in contemptum fidei, sed ob alium finem non culpabilem, & graui meru compelleretur, non peccaret mortaliter, ut indicat Sanchez ibidem. Ratio autem est, quia tunc non peccaret contra præceptum diuinum, cùm lectio illa præscindendo

à præcepto humano non sit prohibita; aliunde vero excusaretur à præcepto Ecclesiæ, propter metum grauem.

Dubitatur quartò, an qui legit hos libros scriptos lingua sibi ignota, quam nullo modo intellegit incurrit hanc censuram latam contra legentes. Duxi, contra legentes, quia censuram latam contra tenentes hos libros non effugiet tenens eos, licet non intelligat. Potest tamen contingere, vt si librum non habeat, sed inuentum apud alium, qui fortasse licentiam tenendi haberet, legat. Affirmant incurrit Bonacina disput. 2. de censuris q. 5. p. 4. numer. 14. & Megala in 3. parte lib. 3. c. 1. n. 45. Sed alij omnes id merito negant Sanchez vbi supra num. 51. & post illum Fillius tract. 22. c. 7. num. 207. Suarez vbi supra num. 18. Hurtado vbi supra §. 308. Castro Palao vbi supra §. 2. num. 2. & Diana vbi supra resolut. 36. quia lectio formalis non consistit in solo visu characterum, sed etiam includit perceptio nem verborum, quæ leguntur. Quamvis autem Suarez, & alij hunc excusent, eo quod deficit finis legis, melius tamen Sanchez hanc viam non acceptat, sed quia ille reuera non legit in sensu, quo Bulla loquitur, sed solùm in sensu materiali, de quo lex non cogitauit.

Potest: quid si hic non intelligens legit, ut alter intelligens audiat? Respondeo adhuc non incurrit, quia adhuc non legit ita Hurtado vbi intelligens legit, ut alter supra §. 111. & non dissentit Suarez num. 19. in fine, dicit enim illum non peccare, eo quod ipse legit, sed quia cooperatur auditori legenti p. ipsum, supponit enim, ut supra vidimus audientem etiam legere, & incurrit, censuram latam contra legentes. Aduertit tamen bene idem Hurtado legentem peccate grauiter contra charitatem, quando legit eam libri partem, in qua continent prava dogmata, & periculum probabile est, ne auditores decipiatur. Vnde inferitur posse, cessante eo periculo, vitrumque excusari à peccato, tam qui consulit, aut iubet lectionem, quam qui legit, & non intelligit, quia neuter in rigore legit, & aliunde periculum cessat, vt suppono, & hinc videatur esse elusio legis, casus tamen est rarus, & qui nunquam ad proximam reduxit, & non est necesse, quod lex humana ad omnes causas extraordinarios suis penas prouiderit, & aliunde incurrit censura ob retentionem libri.

Dubitatur 5. An in lectione ipsa detur parvitas materie. Negant Tolerus lib. 1. c. 19. & Vgolinius in explicatione bullæ cœnæ, vers. ad corundem libros §. 1. qui ad hanc censuram sufficere dicunt, vnam vel alteram lineam legere. Alij tamen communiter dicunt dari materia parvitatem in sufficientem ad contrahendam hanc censuram: dissentient tamen in ea pars materia designanda Azor dicto lib. 8. cap. 16. q. 3. dicit materiam parvam esse pauca verba legere. Hurtado dict. dis. 76. sect. 8. §. 311. dicit non comprehendendi legentem vnam, vel alteram lineam, Suarez in presenti dis. 20. sect. 2. num. 20. dicit excusati, si non sit lectio multarum linearum, sed paucarum Merolla, & Graffius excusant legentem tres, vel quatuor linearum, quos vide apud Dianam §. parte tract. 5. de parvitate materia resolutione 42. Alij extundunt ad decem linearum, ita Castro Palao vbi supra §. 2. num. 6. & Sayrus apud Dianam, vbi supra. Alij extundunt ad vnam paginam libri in folio, ita Sanchez dicto c. 10. num. 31. vbi id explicat de folio chartæ maioris, quam ipse voca

vocabulo hispano nominat de *marca mayor*. Quod idem de vna pagina libri in folio videntur sentite alij apud eūdem Sanchez, & postea Duardus, Fillius, Layman, & Portel apud Dianam 1. parte tract. de *bulla cruciate resol.* 30. quibus addi possunt Coninch. *disp.* 18. §. 179. & Farinacius de *hæresi*, q. 180. n. 13. qui cam Sancij doctrinam referunt, & non probant, sicut non reprobat Diana dicta *resol.* 30. sed tamen postea parte 5. *dict. tract.* 5. *resol.* 42. tam reprobatum cum Gordono, Megalio, & aliis, quia in decreto Clementis VIII, edito 9. Ianuarij anno 1601. prohibentur confessarij etiam regulares in Italia extra Vrbem absoluere à casibus claret, vel dubiis in Bulla cœna contentis: hic autem casus continetur ad minus dubi in Bulla cœna, cùm maior Doctorum pars doceat, illam non esse materiam parvam. Hoc tamen fundamentum efficax non est. Primo quia quando reseruatur casus dubius, intelligitur de dubio negativo, non de dubio positivo, quod oritur ex diversitate opinionum probabilium, in quo qui amplectitur opinionem adhuc probabilem dicentem illud non esse peccatum mortale, non peccatum mortaliter, arque ideo non incurrit casum reseruatum, vt monui *disp.* 20. de *pænitentia sect.* 2. *num.* 16. quare si illa Sanchez doctrina habeat probabilitatem saltem extinsecam, nihil obicit clausula illa decreti Clementis. Secundò, quia postea 26. Novemb. anno 1602. edita fuit iussi eiusdem Clementis explicatio, & moderatio illius prioris decreti, in qua tublata fuerunt verba illa, de casibus dubiis contentis in Bulla cœna, & solum reliqui fuerunt casus in Bulla contenti, cum quibusdam alii ibi expressi, & cum reseruatis Ordinario. Quidquid tamen de hoc sit, non probo illam, Sanchez sententiam, qua communiter laxior iudicatur, sed medium aliquid inter illam, & inter decem illas lineas, quas alij assignabant, statui potest, ad quod tamen circumstantiae materie, & libri, & alia considerari debent, quia res Morales non possunt in indubio consistere.

83

An excusat tur à peccato graui & censura, qui legit paucas lineas libri hæretici, in quibus tamen scit hæretismus ipsam contineri. Negant excusari Duardus, & Reginaldus apud Dianam pars. 5. *dict. tract.* 5. libri hæretici, *resolut.* 42. Ipse tamen cum Merolla, quem affect in quibus scit hæretismus continerit

Circa hoc tamen dubitatur sexto, an excusat

tamen est longa, & subest periculum inficiendi lectorum. Sic ut Alipius ille, cuius meminit S. Augustinus, lib. 6. confess. 8. breuissimo visu exhibet totam theatri & spectaculorum volupatem, dum apertis repente oculis vulnus lethale aspergit gladiatori infligi: qui visus licet in se breuissimus & parvus videatur, in substantia tamen maximus, & valde noxius illi fuit: quod idem in lectione loci alicuius hæretici reperi cu[m] proportione potest, praesertim si nō merita heresim aliunde lectori odibilem continet, sed modū arguū proponendi, vel iocosa verba, aut fundamento breuiter indicatur, quæ omnia pericula esse solent, & ideo magis substantialiter prohibita.

Excommunicantur eadem clausula non solum legentes, sed retinentes eiusmodi libros: quo nomine intelliguntur non solum, qui apud se, sed etiam qui apud alios eos retinunt, quibus eos commodarunt, vel apud quos habent in deposito, sicut è contra intelligitur etiam ille, qui librum hæreticum apud se haberet alio sibi commodatum, vel datum in custodiā. Nec excusat finis, quod v.g. retineas ad refutandum quod ego intelligo iuxta suprà dicta, quando necessitas impugnandi non esset talis, vt lectionem etiam licet redderet: cui enim lectio licet, licet etiam retentio. Neque etiam excusat, quod habes animum nunquam legendi, vel quod librum non intelligas, vel quod ad alium vñum habeas, ut ad ornatum, & pompam, vel ad vñendum chartis ad alios usus. Videantur Suarez vñ. 21. Sanchez num. 52. Hurtado §. 12. Castro Palao §. 2. num. 7. & sequentibus, qui alios referunt. Ego tamen non puto, te comprehendere hac censura, si apud te in custodia habeas libros tui dominii, qui facultatem habet eos legendi, & retinendi: nam tunc Dominus est, qui retinet apud te, sicut posset eos in suo scrinio habere. Comprehenditur verò ipsem Auctorem, si librum suum prohibuit retinet, quamvis eum non legit, vt obseruat Hurtado loco citato.

Circa hanc partem dubitatur septimo, Andatur parvitas materie ex parte libri, v.g. si aliquis non retinet totum librum, sed partem illius. Certum est, si retinet duas, vel tres lineas, quas fine culpa graui posset etiam legere, non incurrire hanc censuram: sed difficultas est, An in ordine ad retentionem posset reputari materia parva, qua non esset parva in ordine ad lectionem. Sanchez n. 54. putat non sufficere ad hanc censuram retentionem vnius folij, quia minus lade retentio, quam lectio, arque ideo maior pars requiritur, vt retinet graviter peccet, quam legens: quam sententiam refert, & non reprobavit Castro Palao vñ. 21. in fine. Alij verò eodem modo videntur loqui de materia lectionis, & retentionis. Et quidem ego non video sufficiens discrimen: imo in genere loquendo grauius periculum videtur timeri posse ex retentione, quam ex lectione, cum retentionis periculum eò magis vñiuersale appareat, quod occasionem affert, vt à pluribus legatur, & ad plurimum manus pertueriat, quandiu scriptura illa non destruitur: quod periculum multo grauius erit, si pars illa, qua retinetur doctrinam fidei tradidit, & obseruat censuram continet.

Dubitatur octauo, An detur salem parvitas materia in retentione ipsa, seu tempore, quod liber retinetur. Non est autem dubium, quando retinetur, vt opportunitas expectetur tradendi librum

Disput. XXI.

Sect. II. §. III. 601

brum Inquisitoribus, in hoc enim conueniunt excusari à culpa Vgolinus, & Sayrus, quos affert, & sequitur Sanchez n. 55. & Castro Palao n. 10. Contentiunt etiam omnes dat paruitatem materiae excafanter à mortali in tempore, quo retinetur. Quod tempus Suarez num. 22. non determinat, sed dicit breuem moram non sufficere ad grauem culpam: Sanchez verò exemplum ponit in retinente per unam, vel alteram diem, idemque docet Duardus, quem refert, & sequitur Diana prima parte tract. de Bulla Cruciatæ, resolut. 30. in fine, quod mihi etiam videtur satis probable.

87 Difficultas est, an si habeas animum retinen-
di per longum tempus, & postea mutato animo
ante biduum librum inquisitori tradas, euaseris
hanc censuram. Quo etiam casu non est dubium,
p. & postea quodd peccaueris graueriter coram Deo, cum vo-
mutato ante bila-
luntas illa prior habuerit obiectum graue, nem-
duum librum
no ante bila-
pe retentionem longam; sed dubium solùm esse
inquisitoris potest, ac incurrit censuram. Prima sententia
inquisitoris eu. affirmit, quam tenet Hurtado dicta diff. 76. §.
312. Afferunt etiam Suarez vbi supr. num. 22.
Sed reuera ibi solùm dixit esse peccatum mortale,
quamvis ex antecedentibus videatur etiam de censura loqui. Alij dicunt eo casu non incurri-
re censuram, quia ad hoc non sufficit affectus,
sed requiri etiam effectus posuit: tunc autem non sequitur retentio grauis, sed leuis: ita ex-
presse Castro Palao vbi supr. num. 11. & Diana
part. 5. dicto tract. 5. refol. 43. vbi alios affert,
quorum tamen aliqui id non fatis explicant, vt
Sanchez vbi supr. num. 55. qui non loquitur in
casu, quo præcedit voluntas retinendi per longum tempus, in modo virtutu exemplo eius, qui rem
alienam non restituit, in quo breuis dilatio non
imputatur ad culpam mortalem, ex quo exem-
plu, vt statim dicam, aliud dicendum videtur, si
adit animus differendi per longum tempus.

Insistendo ergo huic exemplo differentis re-
stitutionem rei alienæ, quamvis sententia ne-
gans, eo casu censuram incurri, quando retentio
libri est ad modicum tempus, licet adit animus
diutius retinendi, probabilis sit, verius tamen
videtur incurri, licet postea animo mutato intra
breue tempus restituatur. Pro quo recolenda
funt, quæ dixi tomo 1. de Insuffia, diff. 8. sect. 2.
num. 22. vbi notau. si peccatum furti alicubi
reseruerit, vel excommunicatione ipso facto
paniatur, non exculari a reservatione, vel ex-
communicatione eum, qui furatus est cum ani-
mo non restituendi, etiam si post breuissimum
tempus, v. g. intra horæ quadranteum animo mu-
tato rem domino restituit. Quia nimic illa
ablatio rei alienæ cum animo retinendi graue
nocumentum infert ex se Domino rei, qui pri-
uatur tunc re sua, & facultate eam recuperandi,
& magnum periculum subit ne vnquam ei re-
stituatur. Quare peccatum illud exterrit graue
est, & dignum ex se reservatione, & censura in-
dependenter ab eo, quod postea nocumentum
ulterius sequatur, vel non sequatur. Sicut qui
proicit hominem in flumen, cum animo non
extrahendi, grauissimam ei infert injuriam ex-
ternam etiam postea mutato animo eum ex flu-
mine extrahat. Rorius ibid. diff. 16. sect. 1. n. 6. &
16. dixi, reservato peccato furti grauis, intelligi
reservatam retentionem iniustam, quando bona
fide, v. g. acceptisti tibi rem alienam, & postea
extante adiuc eadem re aliena apud te, super-

uenit mala fides, & adhuc eam retines, quia tunc
res incipit esse fortia.

Ex his itaque, quæ illis locis dixi, infero nunc

retentionem libri, etiam per breve tempus, sed

Libri hereticorum

cum animo retinendi diutius, esse peccatum graue,

retentio etiam

per breve tempus, sed cum animo reti-

ne

nem, & in effectu, sed etiam

etiam

externum, & in effectu; sicut furtum cum ani-

mo reti-

nendi diutius

est

peccatum graue exterrit,

peccatum

etiam statim mutata voluntate res Domino re-

stituatur

: quare sicut furtum illud contrahet re-

ferationem

, vel censuram furo impositam;

ita

de retentione dicendum videtur in casu no-

stro

. Retentio enim externa cum animo retinen-

diutius

graue periculum affect retinendi diutius,

& ideo potest

lege humana grauitet prohiberi, & puniri. Cum ergo hac lege prohibe-

re

retentio graueriter peccaminosa, omnis talis

retentio

comprehensa videtur. Quamvis autem

retentio

videatur significare actum exterrit

graui-

torum noxiæ, qualis non videtur esse retentio

breuissima

, adhuc comprehendit illam in casu no-

stro

, quia grauitas retentionis, non pender

solūm

ex effectu subsequito, sed etiam ex per-

icu

, quod affect in talibus circumstantiis,

quod

periculum graue est, quoties liber scien-

ter

retinetur, cum animo diutius retinendi.

Sicut

etiam usurpatio graui fei alienæ, compre-

hendit

usurpationem factam cum animo retinen-

di

, licet statim restitutio subsequatur; quia graui-

tas usurpationis

non desumitur solūm ex effectu

posse

subsequito, sed etiam ex periculo, quod

fecum

affect illa externa in talibus cir-

cumstantiis

, quod periculum sufficit, ut actio

illa

haec noxia Domino; quod idem cum

proprietate

dicendum est de retentione libri

häretici, cum eadem sit ratio.

Excommunicatur etiam imprimentes prædi-
cato libris: quo nomine intelliguntur omnes
qui vel typos ordinant, vel componunt, vel atra-
mento tingunt, vel chartam mafaciant, vel ty-
pis applicant, vel torcular premunt, vel alter
operam suam proximè ad impressionem adlu-
cent: Dominus etiam typographia licet mani-
bus suis non labore, quia hi omnes in commu-
ni loquendi modo, dicuntur imprimere. Vide-
tur Sanchez vbi supr. num. 57. & Suarez num. 24.
qui alios referunt. Qui idem dicunt de Autore
libri; quod ego intelligo, quando ipse curat,
quod liber imprimatur, nam si eo inscio, vel et-
iam conficio, sed non curanto, nec impediante,
alias librum imprimi faceret, non diceretur in ri-
gore Autore librum imprimere. Sicut neque ille
qui characteres æneos, papyrum, & alia ad im-
pressionem necessaria donat, quia hic non impri-
mit, ut fatentur communiter Doctores, & con-
census ille viderit valde remotus, & externus ad
opus impressionis.

Dubitatur tamen nond de illo, qui expen-
das impressionis tribuit, de quo Sayrus apud
Sanchez dito num. 57. dicit comprehendendi no-
mine imprimentis; id tamen negant idem San-
chez vbi, Suarez vbi supr., Castro Palao dito
§. 2. num. 13. Ego distinguendum puto: si enim
is auctor sit impressionis facienda, & ad hoc
conducit typographi operas, ipse quidem dicitur
communiter imprimere. Si eni mortua Au-
tore dicuntur hæredes eius librum imprimere,
curando apud Typographum, ut imprimatur, &
sumptus soluendo. Vnde idem Sanchez ibi cum
Vgolio fatetur comprehendendi eum, qui librum

91

Imprimentes

libros prædi-

cios exomiu-

ricant.

Imprimentis

nomine qui-

nam intelli-

gantur.

E E c. impi

Card. de Lugo de virtute Fidei divina.

imprimendum typographo tradit, siue sit, siue non sit libri Autōr, quia is communiter dicitur librum imprimere. Si autem impressionem non proceret, sed Autōri non habenti, & potenti ab eo sumptus subministrat, non dicetur librum imprimere. Sic enim Prīcipes aliqui, quibus libri inscribuntur solent Autōri sumptus ministrare, qui tamen non ideo dicuntur libros illos imprimere, quamvis hi omnes possint ex alio capite excommunicationem incurre latam in eadem Bulla, contra fauentes hæreticis.

92
An impressionem vt errores emendentur: Quos Sayrus, & Graffus apud Sanchez vbi supra dicunt comprehendendi nomine imprimentum, quibus accedit Hurtado disp. 76. §. ultimo, & Castro Palao vbi supra; quia licet solum videantur inspicere id, quod iam impressum est, quatenus tamen ea actio, & correctio ordinatur, & iuvat ut iterum liber correctus imprimatur, videntur & ipsi sub imprimentibus comprehendendi. Contraria sententiam docent Sanchez, & Suarez locis citatis, qui aduerterunt, hos incurtere saltē censuram latam contra legentes. Posset tamen contingere, quod ij aliunde haberent licetiam legendi libros prohibitos, & hæreticos, quare vndique liberi essent. Magis tamen placet hæc secunda sententia: quia actio illa extrinseca est operi impressionis, nec ij dicuntur communiter impressores, vel imprimere, sed correctores, & monitores impressoris. Nec obstat argumentum in contrarium ad ductum, quia etiam scriptores, qui librum ab Autōre scriptum, correctis, & politioribus caractēribus transcribunt, vt typis mandentur, id faciunt ut liber correctus imprimatur, & tamen ij scriptores nullo modo dicuntur librum imprimere, sed præparare vt imprimatur.

93
An transcribentes librum hæretici hac Bullæ censura comprehendantur. Affirmat Castro Palao dicto §. 2. num. 15. quia licet ij non sint imprimentes sunt tamen legentes, & retinentes, cum lectio & retentio ad transcribendum necessaria sit. Sed in primis ratio non videtur semper necessaria. Si v.g. famulus Domini habentis cum licentia illum librum, furtiis temporibus eum in Domini cubiculo transcribat, quem librum famulus nullo modo retinet, sed dominus. Deinde finge, dominum distare ex libro famulo transcribenti: tunc famulus nec vñinet, nec legit librum, sed solum transcrit. Htamen causas rati, vel metaphysicas sunt magis, quam morales, & adhuc famulus diceretur legens librum, non illum ex quo dominus dicit, sed quem ipse scribit; neque enim potest scribere, quin simul legat id, quod ipse scribit. Vnde idem dicendum videtur de illo, qui non transcribit sed excipit, & sicut transcribat, quem magister hæreticus de religione, vel hæresim continentem ex cathedra suis scholasticis, vel in cubiculo suo scriptori dicit.

24
Excommunicantur defendentes eodem libros, quoniam libet, ex quanis causa publice, vel occulte, quoniam ingenio, vel colore. In quibus verbis comprehendantur, qui librum occultat ne deferatur, vel comburatur, vel qui vi aut fraude id impedit: qui conatur fraudare librum bonum esse, atque ideo non dignum prohibitione, qui doctrinam prauam in eo contentam tueri conatur, & ab omni labe defendere. Hi enim omnes re, aut ver-

bis libros defendunt; & hoc licet eo præterea faciant, vt veritas elucescat, vel disputandi gratia: ideq; enim additur, quoniam ingenio, vel colore. Vnde neque excusat ut dicendo, se id facere, veritates inueniantur ad hæreticum concordum. Videantur Sanchez vbi supra num. 8. Sane rez. num. 25. & Castro Palao dicto §. 2. num. 14. qui alios afferunt, & notant non comprehendendi hac censura eum, qui doctrinam bonam, & veram in libro contentam approbat, & laudat, dum tamen librum ipsum absolutè non censuratur approbat: nec etiam, qui stylum, eloquentiam, phrasim, genium laudat, dum non arguat laudem, vel probationem libri.

Castro Palao dubitat de eo, qui dicit, hic liber optimus est seclusa hæresi. & refert Suarum dicto num. 25. dicentem eam esse defensionem prohibita, quod idem Castro Palao verum putat, li. verba illa coram aliis proferantur. Sed nescio vbi id non est apud Suarum inuenitur, qui id nusquam dixit, dicitur nec dicere debuit. Nam si liber hæretici de religione non tractet, sed de medicina, v.g. & tamen quia aliquam continet hæresim, sit eo ipso prohibitus, non est cur non possit quis dicere, si hic liber non contineret hæresim, optimus est, nam tenuera si hæresim non contineret, non reprobatur, sed ab omnibus cum approbatione legitur. Idem autem est dicere, hic liber seclusa hæresi optimus est, ac dicere, si non contineret hæresim, optimus est: in neutrō enim casu laudatur liber absoluē, sed sub conditione si hæresim non contineret.

Dubitari tamen potest duodecimā, an sufficiat ad hanc excommunicationem contrahendendam dicere, vel scribere apud se solum, liber hic bonus est, & prohibitione indigens. Non est autem dubium, si hæc verbadicantur, vel scribantur, nimo hæretico sufficiat excommunicationem ad hæresim externam incurram. Sed qualis est de excommunicatione præcisè contra defensiones hos hæreticorum libros. Et quidem si liber sit de religione nullam continens hæresim possunt ea verba dici sine hæresi interna; imo licet hæresim continetur, posset aliquis sine hæresi approbatione indicare librum illum debere permitti, non obstante hæresi contenta, propter magnam utilitatem, quam aliunde affecte potest ad alios fines. P. Sanchez vbi supra cum Vgolino, quem affert, videtur differentiam agnoscere inter eum, qui solus profert hæc verba nemine audiente, hic liber optimus est, & cum, qui solum etiam scribit in libri defensionem: hunc enim dicit incurrere hanc censuram, etiam si nulli scriptorum communicaret, illum verò alterum non incurrere, quia illa non est defensio.

P. Castro Palao dicto num. 14. dicit si argumenta dissoluas, quibus liber impugnatur, vel in eius fauore rationes inequitatis, affici te hac censura, etiam si omnia hac occulē, & solum facias. Pro quo affert Sancium, & Suarum, sed immēritō, cum id nusquam dixerint, sed solum quādo publicē, vel occulte facit, ipse autem de suo addidit verba illa, & solum, quæ illi non posse runt: nec idem est occulte facere ac apud se solum, cum occulta sint quæ coram paucis sunt, vt constat. Quod verò magis miror, paulo post idem Autor agnoscat disserimen inter proferendum, vel scribentem apud se solum, verba illa, hic liber non est prohibitione, aut combustionē dignus, ita vt scribens censuram incurra, non verò ore proferens

profetens, quia scriptura est quid permanens, & per illam continuo defendis, at verba sunt transfeunt. Quod non video quomodo cohæreat cum iis, quæ paulo ante dixerat, defendantem, & inuestigantem rationes contrahere censuram, licet solus & sine auditoribus id faciat.

Ego puto, formaliter loquendo, nullam esse differentiam inter vocem, & scripturam, nec Suarez ullam agnouit, sed de virtute dixit esse defensionem, sive publice, sive occulte faciunt hinc tamen dixit de eo, qui solus apud se loquitur, vel scribit. Et tamen potest differentia materialis ob quam communiter loquendo qui solus scribit, non vero qui solus loquitur, dicatur defendere. Nam defendere est armare librum, & munire illum, contra oppugnatores, vel comburentes. Dux autem dicitur munire arcem, quando tormenta bellica in ea locata, quibus oppugnatores repellunt, & licet solus id faciat, vero arcem munit. Si tamen Dux tormenta ibi collocaret, quando hostes non possunt venire, eo animo ea statim auferendi, & solum ad vindictam, an locus capax sit, non diceret adhuc arcem muniri, sed voluisse expiri, an muniri posset. Sic ergo loquens apud se solum non defendit, aut muniri librum cum voces illæ in iis circumstantiis neminem possint deterrere à libro impugnando. Quod idem propter eandem rationes dicendum est, si aliquis apud se solum clauso cubiculo id scriberet, quando nemo ingredi, aut superuenire potest, qui scripturam legit, & cum animo firmo laetari, vel comburendi statim scripturam, ita ut nullum sit periculum, quod ad manus alicuius vñquam veniat. Quia tamen casus hic non est moralis, sed semper periculum esse potest, quod scriptura quantumlibet in occulto facta, & clausa, ab aliquo superueniente videri possit, videtur iam esse defensio, & munimentum libri, cum possit ea scriptura oppugnatores aliquo modo detergere, atque liber iam sit magis munitus, & armatus contra oppugnare volentes: quare materialiter loquendo, & secundum moralem, & communem rerum contingentiam, possimus differentiam illam inter scribentem & proferentem agnoscere.

Dubitatur decimotertio de eo, qui dicit, ego volo hunc librum defendere: an si vñterius non progediatur, censuram hanc incurrit. Vgl. nos, quem avert & sequitur Sanchez dicto num. 58. negant incurrit, quia id non est defendere, sed ostendere animum defendendi: sicut vero si iam in procinctu eis, & prouocares ad certamen, quia ipsam prouocatio, & ad certamen præparatio est defensio quædam. Sicut dux ille dicitur arcem defendere, qui contra hostem armatus stat, et si actu non pugnet. Quibus confitit etiam Farinacius de heresi q. 180. num. 12. Alij tamen, quibus magis assentior, dicunt, regulariter loquendo, hunc incurrit censuram; ita Castro Palao dicto num. 14. quia illa significatio voluntatis retrahit impugnare volentes, videntes librum esse patrono, & defensore munitum: quare hæc ipsa voluntatis significatio est defensio: liber enim non solùm rationibus, sed etiam auctoritate defendi potest; que certè auctoritate munitur liber cum aliquis se eius defensorem profiteretur. Quod multò magis in casu nostro locum videtur habere, in quo verbis Bullæ defignantur non solùm defendantes, sed etiam, quod modolibet, defendantes, quod verbum ampliat si-

Card. de Lugo de virtute Fidei divinae,

gnificationem ad eos etiam, qui non in omni rigore, sed in aliquo latiori etiam, & minus proprio sensu defendere videntur.

Dubitari potest decimoquarto, An incurrit hanc censuram, qui apud Sedem Apostolicam consulti, vel procurat, ne liber aliquis heretici super editus tractans de religione, vel hæresim continens nominetur in indice librorum prohibitorum: qui casus non semel mihi contigit. Et videtur ex supradictis id non posse sine censuram fieri, quia nomine defendantium, doctores ut vidimus, intelligunt eos, qui impediunt, ne liber comburatur, vel deferatur, aut extirpetur, vel qui suadent, librum non esse prohibitione dignum. Aliunde vero videtur hoc officium non esse prohibitionem: quia contingere potest, quod summus Pontifex, & sacra Congregatio Cardinalium ab eo deputatorum, ob rationabiles causas iudicet, esse aliquando dissimulandum cum aliquo, cuius emendatio, & conuersio speratur, & qui euulgatione illa, & nominatione magis irritaretur, & rueret in peius: quod casu sicur ipse Pontifex potest id facere, ita potest perfere consilium, ut videat, an id expediat: quare potest ei id consilium dari, quod in his circumstantiis utilius ad fidei negotium existimat. Et quidem aliquando interrogatus id ego consului, non quidem ut liber potius approbaretur, aut permitteretur, vel censuretur à prohibitione Bullæ canonice immuni, sed ut tempus differretur eius expressio in indice, cum ea necessaria non esset, ut liber heretici de religione tractans censuretur ipso facto prohibitus. Aliunde vero: in iis libris errores, & delicia ipsorum hereticorum ex professo impugnabantur, quod testimonium efficacius videbatur pro Ecclesiæ auctoritate, salutem ex inimicis ipsiis obtinantis paulatim ad veritatis viam accedentibus, & non longè iam à recta via sentientibus: in quibus circumstantiis absque ulla scrupulo credo posse id consulit, nec id esse liberos hereticorum defendere. Non enim laudatur, nec approbat liber, nec assertur non esse prohibitione dignum, imò nec procuratur, quod non prohibeat, cum iam supponatur ex Bullæ ipsius verbis prohibitus, sed solum consulit, dissimulatio, & dilatatio expressionis, quæ expressio non est necessaria ad prohibitionem, sed fit ad maiorem abundantiam, & cauelam. Atque id totum non fit in favorem libri, vel Auctoris, sed in favorem fidei & Ecclesiæ, cui noceret publicatio, & expressio in illis circumstantiis. Denique quia id totum fit apud Sedem Apostolicam, & Summum Pontificem, à quo sicut absque violatione Bullæ potest facultas legendi eiusmodi librios pro vna, & pluribus personis, si posset poti facultas generalis pro integra prouincia, vel pro omnibus generaliter, ad tempus aliquod, concurrentibus rationabilibus causis, quæ id forte vtile suaderent. Minus autem est consulere, ut non virgatur nominatio pro legis obseruancia, quam petere legis dispensationem, vel abrogationem. Non videtur itaque prænam legis violatæ incurrit, qui apud ipsum legi Auctorem agit, ut iustis de causis legis rigor in aliquo casu mitigetur, vel non virgatur eius executio: quia non potest lex violari, nisi legislatore inuito, qui non potest esse inuitus dum vel consilium petit, vel saltem audit, quæ debita reverentia, & summisione eidem proponuntur.

EE 2

§. IV.

100
An incurrit
hanc censuram
qui apud Se-
dem Apo-
stolicam procu-
rat ne liber
heretici no-
minetur in
indice librorum
prohibitorum.

§. IV.

De peccatis contra hereticorum libros legentes, vel habentes.

101 *P*racipua, & prima pœna est excommunicatio maior Papa referuata in Bulla cœnæ: quam tamen excommunicationem non incurrit nisi qui scienter legit, haberet, vel defendit librum hereticum: nam in Bulla exprimuntur solum Scienter hæc facientes. Vnde si sit ignorantia etiam culpabilis, & crassa, qua ignoratur Auctorem esse hereticum, vel librum tractare de religione, aut heresim continere, excusatibus ab hac excommunicatione, ut cum aliis tradunt Suarez dicto sententia 2. num. 17. & Sanchez dicto cap. 10. num. 38. Et 39. vbi aduertit non exculari, qui scit auctorem esse hereticum, quamvis nesciat in particuliari, quis sit Auctor: sicut sufficit scire, quod continent heresim, licet ignoretur heresim in particulari.

102 Addit tamen Sanchez dicto num. 38. non excusat ignorantiam ab hac censura, quando esset adeo crassa, ut esset ingens temeritas, quod turpiter reperiatur, quando præcessit vehemens suspicio de malitia libri, quod idem in genere de omni legi pœnam impounit facient scienter docuerat lib. 9. de matrimonio dicto 32. num. 39. vbi num. 40. idem extendit ad ignorantiam affectatam, qua quis eligit nescire, ut liberius delinquit, quam ignorantiam dicit scientia æquiparari. Quod idem de ignorantia affectata dixit Suarez dicto num. 17. Ceterum idem Sanchez de ignorantia affectata dicto 10. num. 38. contrarium expressè docet, & dicit ignorantiam affectatam, qua quis affectat nescire, ut liberius legat, excusare à censura, quia reniera ille non legit scienter: vbi non tam miror cum sibi eisdem verbis contradicere: (sapientis enim est mutare sententiam), quam nullam facere mentionem sententia contraria, prius à se traditæ, & ex professo probata, ut saltu eam retractaret, & ratione redideret mutationis illius.

103 Hanc eadem contradictionem, seu inconstitutiam invenies in Castro Palao, qui in eodem 1. tomo Sancij vestigijs inhaerens, veramque sententiam contrariam in diversis locis amplexus est. Nam tractat. 2. Discept. 1. puncto 18. num. 1. dicit ignorantiam affectatam æquiparati scientia, & ideo non excusare à pœna imposita scienter facient, iuxta primam Sancij sententiam ex libro 9. de matrimonio, quam affert. Postea vero tract. 4. discept. 2. puncto 10. §. 2. num. 1. secundam Sancij sententiam sequitur, quem ibi affert, dicit legentem libros hereticorum cum ignorantia affectata non incurtere hanc censuram, quia lata est contra scienter legentes. In quo Auctore minus excusabilis est contradicatio in uno, & eodem tomo contenta, quam apud Sanchez, qui in diverso opere, & post longum tempus mutauit, quare ipsum retractasse postea priorem sententiam dixit Diana 3. part. tract. 6. miscellaneo resolut. 7. Suarez autem dicto num. 17. priorem Sancij sententiam amplexus est, quia ipsa verba huius legis non restringi, sed ampliari debere putavit, ut pote que non sit odiosa, sed fideli favorabilis, ut supra vidimus.

Ego tamen magis assenser secunda Sancij sententia, & puro ignorantiam non temeritatem, sed tamen affectatam excusare ab hac censura, quam tenent etiam Fillius, Bonacina & Durandus, quos referit, & sequitur Diana loco proxime citato, quibus adde Gasparem Hurtado, & Celestinum, quos affert, & sequitur idem Diana part. 5. tract. 9. de excommunicatione resolut. 17. quia undeconque ignorancia proueniat, tollit scientiam, quia ad hanc censuram necessariò exiguitur, cum in solos scienter operantes lata sit: Nota tamen bene Suarez, non requiri scientiam evidenter: sufficit enim testimonium fide dignum, vel publica fama, vel quid simile.

Secunda pœna, vel quasi pœna violentum hanc legem est, quod sunt de heresi suspecti, quod quidem ad forum conscientie parum referuntur, quia in eo foro standum est confessionem penitentis. In foro autem externo, & quad iudicis caufatum fidei, quæstio esse solet an legentes, scientes, &c. prodicatos libros suspecti sint leviter, vel etiam vehementer de heresib[us], & qualiter torqueri, vel puniri possint. De quo vide posse in Castro Palao dicto tract. 4. discept. 2. punt. 10. §. 4. & Diana parte 4. tract. 7. de panis deliterorum, &c. resolutione 6. qui alios priores referunt, & ferunt id totum ad prudentiam, & arbitrium iudicium remittendum dicunt, qui ex variis personarum, libitorum, materiarum, & alijs circumstantiis indicare debent, an id ingeratur veram heresim suspicionem, an nullam, an levem, anvehementem, vel etiam violentam, neque enim via generalis regula tradi potest, cum id totum ex innumeris circumstantiis dependeat.

Tertiò, & ferè eodem modo solent predicti aliquando haberi pro hereticorum fautoribus, libitoribus, praesertim imprimentes, scribentes, transportantes hereticorum libros. Id tamen totum penderit etiam ex circumstantiis iudicium arbitrio pondemandis, de quibus vide potest Castro Palao dictio supradicta, & alij quos affert, nam id etiam totum ad forum merè externum spectat.

Duo restant, quæ magis spectant ad forum conscientiae. Primum est, an excusat à censura, qui eos libros propria auctoritate comburant. Non defunt, qui eos à peccato excusat: quam sententiam probabilem esse significat Diana 1. part. tract. 3. de Bulla Cruciate, resolut. 37. & pro eo quod ea affert Zanchinum in tract. de hereticis, cap. 7. num. 7. & repertoriorum inquisitorum versibus, & Fillius tract. 16. cap. 3. num. 45. & tract. 22. cap. 7. num. 20. & fauere videtur Bonacina 10. 3. discept. 1. de excommunicationibus Bulla Cœnæ, quæst. 2. punct. 4. num. 18. Sed Auctor illius repetitorij est multo antiquior Iulio III. quin in Bulla sua, quæ incipit, ciam mediatice præcepit, ut ij libri ad inquisidores deferantur; quam Bullam integrum refert Penna in ultima parte directori, & illius partem refert Castro Palao dictio puncto 10. §. 2. numero 12. Fillius vero in primo loco supradicto allegato, loquitur solidum de excommunicatione Bulla Cœnæ, quam quidem faciemur non incurri à comburentibus libris, cum non sint retinentes. In secundo autem loco licet generaliter dicat non incurtere excommunicationem, non tamen dicat id licet fieri, & videtur etiam intelligentius de excommunicatione Bullæ Cœnæ, non de illa alia Iulii III. qui non solidum id prohibuit, sed etiam excommunicationem

nem apposuit. Alios etiam plures auctores pro ea opinione assert Sanctorum tract. de heresi cap. 13, dub. vniuers. n. 16. Sed iij sunt antiquiores, & qui Bullam Iulij III. praecesserunt.

¹⁰⁷ Omnes ergo communiter dicunt, hodie esse obligationem tradendi hos libros inquisitoribus proper speciale praeceptum sub excommunicatione impositum, ut diximus: Ita Suarez in praesenti dicta sect. 2. num. 23. Sanchez dicto c. 10. n. 56. Hucato dicta disp. 76. §. 312. Azor, Farinacius, & alij plurimi, quos congerunt, & sequuntur Castro Palao, & Diana locis citatis. Cum autem hoc totum fundetur in iure humano, & voluntate Summi Pontificis id praecepit, non oportet alias rationes superaddere. Advertunt tamen bene predici Auctores, si quis propria auctoritate eos libros combuteret, non incurere excommunicationem Bulla Cœna, sed aliam, quia illa est contra retinentes, qui autem librum combuit, non retinet, nisi forte iam ante culpabiliter, & scienter retinuerit: tunc enim iam Bullæ excommunicationem incurrit, à qua per combustionem sequentem non liberatur; imò nec tradendo libros inquisitori, sed indiger absolutione, vt constat.

¹⁰⁸ Secundum dubium esse potest, an legentes, vel retinentes libros alios prohibitos, qui non sunt hæreticorum hæresim continent, vel de religione tractantes, incurant excommunicationem. De quo in vnuersum consulenta sunt edita, & prolationes promulgata ab Inquisitoribus in suis prouinciis & territoriis. Et videri possunt Suarez dicta sect. 2. numero 29. Sanchez num. 26. & Castro Palao dicto puncto 10. in principio, & §. 1. num. 2. & 7. apud quos constat censura penam extensem esse, ad aliquos altos libros: & in vnuersum Pius IV. in sua Bulla relata ante indicem librorum prohibitorum expresse statuit, ut qui hæreticorum libros, vel cuiusvis Autoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legevit, habuerit, ipso iure in excommunicationis penam incidat, eamque ob causam in eum, tanquam de hæresi suspeccione inquiri. & procedi licet: præter alias penas super hoc ab Apostolica fede, scrisque canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habuerit, præter peccati mortalis reatum Episcoporum arbitrio severè se nouerit puriendum. Factæ sunt etiam aliae extensio[n]es excommunicationis, & aliquando reseruant ad libros Astrologie iudicatarie, ad libros quo[s]cunq[ue] hæresiarum, & ad aliquos libros Hebraeorum, quæ videri possunt apud Suarez, & Castro Palao locis citatis.

^{Deductione, & obliqui ne denunciandi hæreticos remissive.} Agendum hic esset de denunciatione, & obligatione denunciandi hæreticos, quod est aliud medium, quo Ecclesia virut ad hæreticos corrigit, & coercit. De hoc tamen dixi quantum satis est disp. 38. de Insist. & Iure sect. 2. quibus nihil nunc addendum videtur, & vide ri possunt, ultra Auctores ibi citatos, Suarez in presenti disputatione vigesima, sectione quarta, & Castro Palao primo tomo tractato quarto, disputatione tertia, punto quarto.

Card. de Lugo de virtute Fidei diuinæ.

DISPUTATIO XXII.

De Communicatione cum hæreti-
cis prohibita, vbi de commu-
nicatione cum aliis infidel-
bus.

- S E C T I O I . *An ratione excommuni-
cationis prohibita nobis sit communica-
tio cum hæreticis.*
- II. *De communicatione prohibita cum
hæreticis in matrimonio, vbi de se-
paratione à coniuge in hæresim la-
pso.*
- III. *Quando, & quomodo posset, vel de-
beat coniux à coniuge hæretico di-
uertere.*
- IV. *De communicatione ciuili cum Pa-
ganis, & praesertim cum Iudeis pro-
hibita.*
- V. *Disputatio cum infidelibus, an, & quo-
modo licita sit.*

Hoc est aliud medium vtile, & necessarium contra hæreticos, communica-
tionem cum illis interdicere. Quia ve-
rò non solum cuius hæreticus, sed etiam cum aliis
infidelibus, imò in pluribus aliquando casibus,
& strictius, communicatio fidelibus prohibetur;
comprehendemus hac disputatione, quæ ad
communicationem etiam cum aliis infidelibus
illicitam spectant, quam partem ad hunc locum
remisimus, cum debuisset superius examinari,
quando de infidelibus non baptizatis sermo fuit.
Agemus autem prius de iis, quæ propria sunt hæ-
reticorum, postea de iis, quæ pertinent ad alios in-
fideles, postea denique de iis, quæ utrisque com-
munia sunt,

S E C T I O I .

*An ratione excommunicationis prohibita
nobis sit communicatio cum hæ-
reticis.*

Suppono, hanc communicationem posse aliū-
de esse illicitam propter scandalum, vel pro-
pter periculum perversionis, vel aliquid aliud:
nunc vero solum querimus, an ex hoc præcisè
capite, quod hæretici omnes excommunicati
sunt, vi suppono ex disputatione sequenti, redi-
darur illicita communicatio cum illis. Esta autem
duplex excommunicatione, altera sacra, seu in rebus
sacris, altera ciuilis, seu in rebus profanis,
& ciuilibus, & de qua potest quæstio pro-
cedere.

Prima sententia docet, quoties constat ali-
qua esse hæreticum, eo ipso prohibitam esse
Ecc 3. cpm